¶Secundū probatur,q̄ non ponatur propter representationem:quia obiecto ⁊ potentia positis in debita distantia: cum conuenienti approximatione: producitur effectus sufficienter:illis remotis:nor ꝓducitur cognitio:ergo sufficiunt obiectum ⁊ potētia: ⁊ nil p̄ter hec requiritur. Confirmat: representatiuum debet esse primo cognitum: q̄ illud quod representat: sicut imago Cesaris nō posset me ducere in cognitionem Cesaris: nisi primo cognosceretur. Sed species non videtur: nec cognoscitur: ergo non debet poni propter representationem. ¶Nec tertium: scilicet propter causationem intellectionis:quia vt aliqui dicunt:ideo requiritur species: quia materiale non potest agere in spirituale: sed pariformiter procedit ratio contra hos:scilicet q̄ ad producendas species: requiritur: q̄ p̄cedat aliq̄d aliud:si non sufficiet: q̄ immediate recipiatur intellectio causata ab agente sine obiecto quod sit materiale. Nec quartum propter determinationem potentie. Nam sufficienter determinatur ab obiecto ⁊ potentia qualiter ab specie potest determinari. Nec quintum requiritur.s. propter vnionem obiecti cum potentia. Nam si obiectū non sufficienter vnitur cum potentia per intellectionem: nec per speciem: ⁊ si sufficienter ꝓ speciem sufficientius per intellectionem.

¶Adductis vtriq̄ fundamētis p auctoritate: tam subtilissimi principis nominalium: nitemur soluere rationes: autoritates: ⁊ experientias:que videntur militare contra omnino negantes species: ⁊ etiam contra ourandum.

¶Et primo notandū est,vt potest colligi ex doctrina Occam: in variis locis sue doctrine: ⁊ potissime:in.ij.senten.q.xvij.quod per sequentes ꝓpositiones habetur.

¶Prima ꝓpositio est,q̄ in sensu exteriori accipiendo sensum pro agregato ex organo ⁊ potētia est aliquid absolutum impressum: p̄ter actum sentiendi: quod non est species: ⁊ tamen est obiectum visibile: et principium visionis:probatur sic experientia Arist. libro de somno ⁊ vigilia: quādo aliquis respicit solem vel aliquod splendidum:vel forte colouratum: si cōuertat se ad alteram partem omnia sibi apparebunt lucida et forte statim post̄ se conuertit alia non videbuntur:vel talli coloze apparebunt colorata: ergo aliquid impr̄imitur p̄ter notitiam intuitiuam: quia in absentia obiecti illud manet:ergo nō est notitia intuitiua obiecti visi:⁊ nō est species: quia secundum ponentes species:non videtur species: ⁊ tamen illud apparet:quia euidenter iudicamus aliquid apparere: ⁊ non est nihil: ergo aliquid ⁊ non conseruatur illa apparitio intuitiua sine obiecto:et non est obiectum illud magnum luminosum: ergo aliq̄d impr̄imitur a forti luminoso: ad quod terminatur illa visio: que apparitio dicit. Hec dicēdū est: vt placet Aureolo: q̄ conseruatur illa notitia intuitiua in absentia obiecti: quia tunc virtute illius bene possem⁹ iudicare de existentia: vel non existentia obiecti absentis: sicut virtute aliarū intuitiuarum iudicamus de existentia/⁊ de aliis contingentibus/ circa obiectum presens. Aure.

¶Circa hāc ꝓpositionē quę habetur ab Occam loco allegato/est difficultas/quia videtur q̄ illud quod impr̄imitur ab obiecto in sensu non videatur q: secūdum Arist.ij. de anima sensibile supra sensum nō facit sensationem/ sed illa qualitas est supra sensum/cū sit intra oculum/ergo non sentitur/cum idem dicat Aristotel/q̄ calor nerui non sentitur a neruo/ nec color oculi ab oculo/igitur. Item sensus ad sentiendum aliquod sensibile requirit medium sed inter illam qualitatem ⁊ sensum/ nullum est medium/igitur. Ad hoc respondet semper saluando Occā/q̄ secundū Aristo.in de sensu ⁊ sensato/⁊ secundū cōmunem doctrinam perspectiuorū/ visio non fit in superficie oculi/sed intus in humore glaciali/vt habetur prima conclusione.iij.ca.j.q̄ perspectiuę cātuariensis vitum vigere in glaciali humore/⁊ secundum alios in pupilla/que sic appellatur. Modo dico q̄ qualitates cōnaturales existentes in loco vbi fit visio/illę non sentiuntur/ ⁊ de ijs intelligebat Aristo.quando dixit.sensibile positum supra sensum ⁊c. Intelligebat organum/ vbi fiebat visio. Alię autem qualitates sunt aduentitię existentes in superficie oculi/ vel in aliqua tunica/vel in humore multum distante ab humore glaciali. Et tales qualitates non multum q̄ non sentiantur/quia nō sunt supra sensum.s. supra locum vbi fit visio. Et satis est sufficiens medium. ad hoc quod fiat visio/⁊ sic habetur fm Aristote. ⁊ Occam/ ⁊ perspectiuos modos qualiter post sunt videri illę qualitates derelicte a forti luminoso/ ⁊ visibili in oculo. Cantu.

¶Est secūda propositio,q̄ ponēda est aliqua qualitas in oculo/ impressa a forti visibili/debilitās vel confortans visum/que non est actus intelligēdi/nec visibile aliquod/patet/post̄ cessauit aliquis a visiōe fortis visibilis/debilitatur visus. Et aliquando respiciens aliud visibile/cōfortatur/ergo aliquid impr̄imitur/ non actus visionis/quia in absentia debilitat vbi nihil videtur/ergo quędam qualitas. Et dicit hāc qualitatem nō esse sensibilem/ nec pertinere ad aliquam speciem assignatam ab aristot̄ nec hoc inquit est inconueniens/ cū qualitas occulta qua interficit venenum/non est sensibilis/ ⁊ sic non est passibil̄ qualitas/nec ad alteram speciem pertinens/quid veritatis hoc habeat inferius examinabitur in predicamento qualitatis.

¶Habetur igitur ex mēte occā,q̄ in oculo impr̄imitur quędam qualitas a visibili / confortans vel debilitans/ que non sentitur. Et p̄ter hanc/ alia q̄ sentitur/que est passio vel passibil̄ qualitas/est hęc eiusdem rationis cum obiecto/ ⁊ impr̄imitur simul cū actu videndi aliquod sensibile/ ⁊ ista qualitas secunda est obiectum illius visionis secundę/ que vocatur apparitio in absentia obiecti.

¶Pro potētia sensitiua interiori ponūt̄ cōclusiones de mente Occam,

¶Prima est q̄ omnis act⁹ sencēdi sensus interiozis est notitia abstractiua: patet: si aliqua esset notitia intuitiua: maxime esset notitia q̄ hī in sensu interiozi: in presentia obiecti de obiecto:sꝫ talis non inquit Occam. Et assignat rationem: quia cum in homine nō sit nisi vna anima sensitiua: que distincta est ab intellectiua: ⁊ in illa sit vna notitia intuitiua: scilicet exteriozi: dicit satis esse in vna forma: que est principium multarum cognitionum: vnicam esse intuitiuam. Et sic dicit: in presentia obiecti in sensu interiozi primam notitiam que habetur: esse abstractiuam. Et sic de quacunq; altera: que in sensu interiozi est: quia si dicas: virtute illius iudicatur sufficienter rem esse: quando est: ergo est intuitiua. Dicitur q̄ non iudicatur mediante illa: sed p eam que est in sensu exteriozi.

¶Secūda cōclusio est,q̄ respectu vni⁹ obiecti in sensu interiozi secundum Occam: ponūtur quatuoz qualitates. Prima est actus phantasiandi: que est notitia abstractiua simul existens cum intuitiua sensus exteriozis eiusdem obiecti. Secunda qualitas que impr̄imitur ab obiecto extra: est qualitas quedam confortatiua vel debilitatiua organi sensus interiozis: ⁊ est alterius rationis ab obiecto. Tertia qualitas est habitus quidam causatus per primum actum phantasiandi sensus interiozis: inclinans: sicut causa partialis: ad actū similes in absentia rei sensibiliter. Quarta qualitas est cognitio abstractiua genita per huiusmodi habitum ⁊ potentiam fantasiandi in absentia obiecti: que termi natur ad idem obiectum numero quod p̄ius vidi intuitiue: qua recozdoz p̄ius me vidisse rem illam: ⁊ non terminatur ad aliquam speciem: vel rei similitudinem inq̄ Occam: vel vt inferius dicetur ad conceptum obiectiuum terminatur.

¶Notandū vlterius secūdum Occam,q̄ omnia illa que doctozes sancti: vel Aristotel. appellant phantasmata/idolum/simulacrum/tam quo ad sensum: quam quo ad intellectum: sunt res singulares cognite. Et sicut hoc nomen idea significat principaliter rem singularem creabilem: vel creatam: ⁊ connotat actum intelligendi diuinum: sic hoc nomē phantasma significat ipsam rem imaginatam singularē visam: ⁊ cōnotat actū phantasiandi.

¶Notandū est vltra. quod nō esset impro babile ad soluendum argumenta a Gregozio de Arimino probantia notitiam abstractiuam terminari ad speciem: ⁊ non ad rem immediate: dicetur q̄ actus phātasiandi qui est notitia abstractiua terminatur ad ipsam rem immediate vt clare dicit Occam: vel saltim ad rem in esse obiectiuo quam appellant conceptum obiectiuale: ⁊ sic dicendo videntur non multum militare argumenta Grego. q̄ in superiozibus tacta sunt.

¶Notandū est secundū Occam,q̄ quicū q̄ coloz in medio producit colozem eiusdem rationis: vt albedo producit albedinem: ⁊ si queras vbi subiectatur dicitur conformiter ad Occam q̄ in aere. Et si arguas aerem non posse colozari: cum sit denudatus omni cozoze. Dicitur q̄ licet de se non sit colozatus: potest tamen colozari: quod primo probatur: primo per Commētatorem: secundo de anima commento.lxviij. vbi sic dicit. Diaphanum est illud quod non est visibile per se: ⁊ per colozem naturalem existentem in eo: sed est illud q̄ est visibile per accidens: id est per colozem extraneum: ⁊ subdit: ideo est natum recipere colozes: quia nullum proprium habet in se. Probatur etiam alia via secundum Occam. Omne illud quod condensatum potest recipere aliquod accidens intensum: si rarefiat: poterit sub esse remisso: accidens aliquod recipere: sed aer condensatus potest recipere colozem/ patet/ si condensetur in nubem/ igitur quando est rarefactus potest saltim recipere inesse remisso.

¶Tertia conclusio est etiā de mēte Occā pro cognitione intellectus: q̄ ad intuitiuam non requiritur p̄ter intellectum ⁊ obiectum aliquid aliud. Primum/ quod sit species vel imago rei. Probatur: quia posito actiuo ⁊ passiuo sufficientibus sufficienter approximatis/ potest poni effectus/ sine omni alio/sed intellectus agens ⁊ obiectum sunt efficientia/ ⁊ intellectus passibilis est passiuum sufficiens/ ergo illis positis sufficienter ponitur effectus/igitur.

¶Pro notitia tamē abstractiua illi⁹ scilicet intellect⁹/ ponitur abstractiua duplex. Quędam est cum intuitiua/ altera est postea producta ab habitu causato ab illa prima abstractiua/ primam abstractiuā dicit causari a notitia intuitiua/ ⁊ mediate ab obiecto/ q̄ est causa causę/ ⁊ quia post primum actum ꝑfectus incomplexum/ anima non est ita in potentia sicut p̄ius/ opus est transeunte actu aliquid remanere/ non est nisi habitus/quia per rationem superius dictam non species/ igitur. Item in absentia obiecti dādum est aliquod mouens potentiam/ alias non posset intellectus recordari de re absente. Si dicas q̄ satis est p̄cedere actum sensus/ hoc non sufficit/ quia actus alterius potentię non est sufficiens obiectum alterius potentię. Etiam plura sunt que cadunt sub intellectu/ que non sub sensu/ sicut actus intellectus ⁊ voluntatis/ angeli/ dei/ ⁊ consideratio vniuersalium/igitur. Illum habitum dicit non causari ab intuitiua/ quia cum debet inclinare ad similes actus/ ⁊ in absentia obiecti non producit notitias intuitiuas/sequitur non producat ab intuitiua/ nec etiam intuitiua producit habitum/ quia ceteris paribus nemo experitur se promptiozem ad aliquid videndum/ post̄ pluries aliquid viderit/ ergo cum necessum sit produci talem habitum/dicit cum intuitiua produci quandam notitiam simul manentem cum ea sine solum deseruit ad produci habitum/ que in absentia obiecti suppleat vicem obiecti ad producendum notitiam abstractiuam/ ⁊ sic in intellectu ponit respectu alicuius obiecti primo notitiam intuitiuam simul cum abstractiua/ que cum ea manet/ et cessat cessante intuitiua/ ⁊ exilla abstractiua causatur habitus/ qui postea in absentia obiecti cessante prima abstractiua inclinat ad habendam abstractiuam de illo obiecto.

¶Pro saluādis aliquib⁹ experiētiis adductis in Occam/aliqua sunt notanda. Primum est; ad effectus producendos cum non sufficiat solum agens ⁊ passum; sed requiratur debita approximatio/ secundum omnem bonum modum philosophandi sic/ ad variationem mediozum: rationabiliter satis sequitur variatio effectus. Et quoties cunq; aliquo posito sufficienter ponitur effectus/ ⁊ illo seclusо/ secluditur effectus/ sufficienter talis effectus producitur ratione illius.

¶Ex his soluūtur experiētię de refractionibus/ que contingunt ratione diuersorum mediorum in raritate ⁊ densitate/ in quibus varietas effectus a varietate mediozum contingit / illa de speculo sic soluitur dicendo/ q̄ per lineam reflexam fit visio/ ⁊ q̄ post̄ posito speculo vel alio sibi proportionabili fit visio / ⁊ illo remoto remouetur / hinc fit speculum concurrere ad illam visionem / ⁊ si queras posito aliquo alio corpore/ etiam videtur q̄ deberet fieri visio /si non ponun-

tur species: quia non videtur quare non: cum nihil deficiat. Ad hoc respondetur: q̄ secundum ponentes species: ad hoc q̄ fiat visio requiritur q̄ sit corpus densum: tersum: & politum: nec reflexio a quouis corpore sufficit, ad visionem: sic dico: q̄ quia corpore denso tersо & polito posito ad certam distantiam fit visio: & illo remoto cessat visio: ideo requiritur ad fieri visionem per lineam reflexam esse corpus densum tersum & politum: vel aliquid proportionabile.

¶ Ex his ferme soluūt̄ omnes experiētię & auctoritates quę videntur procedere contra Occam Unum tamen argumentum est soluendum quod fundatur in quadam auctoritate Augustini: in quo pretenditur q̄ notitia abstractiua terminatur ad speciem rei cuius est. Ad quod licet habeat multam apparentiam dicendum est: q̄ notitia abstractiua terminatur ad eādē rem ad quam terminabatur intuitiua: connotando q̄ per illam cognoscatur: & quando dicis: quare non erit illa etiā intuitiua: debet responderi ad illud: q̄ quia virtute illius non iudicamus rem esse vel non esse quod requiritur ad esse intuitiua. non enim satis est ad esse intuitiuam quod ad obiectum terminetur: nam prima abstractiua quę simul est cum intuitiua terminatur immediate ad obiectum: tamen non est intuitiua: & sic dicit in absentia obiecti notitiam abstractiuam terminari ad eandem rem ad quam terminabatur intuitiua.

¶ Sed cōtra hoc videt̄ esse fortis replica loquendo de abstractiua rei: quę non est: quia videtur q̄ ad nil terminetur: & licet ex dictis conformiter ad Occam: possumus consequenter respondere: attamē videtur aliter dicendum esse non recedēdo a dictis Occam vel ab eius doctrina: dicendo notitiam abstractiuam terminari ad conceptum obiectualem: qui non habet esse subiectiuum: sed obiectiuum: & est quid reale: & sic dicendo videtur mihi sufficienter satisfacere illi forti replicę & aliis argumentis quę a Grego. de Arimi. multiplicantur.

Occam. ¶ Habet̄ apud Occā distin. xiii. quęstione vnica: q̄ intellectus primo intelligit intuitiue singulare realiter existens: quo intellecto: potest idem intellectus fingere aliquid consimile: prius intellecto: sed illud sic fictum: non poterit habere esse subiectiuū: sed obiectiuum: & ideo nō producitur in esse subiectiuo: sed obiectiuo: & erit quasi imago simillima rei prius intellectę in esse obiectiuo. Jn tantum q̄ si intellectus haberet vim productiuam realem: sicut habet vim fictiuam illud productum vere esset eiusdem rationis cum illo prę intellecto. Jdeo habetur solutio ad argumentum Grego. expressis dictis Occam.

¶ Ex his omnib⁹ prenotatis satis sufficienter potest responderi: pro parte Occam ad omnia argumenta: auctoritates & rationes.

Occam. Duran. ¶ Sed quoniā rationes Occam & Durandi sunt apparentes contra communem modum dicendi breuiter soluantur: vt vtriusq̄ partis habeatur probabilitas.

¶ Et sic dicit̄ q̄ causa quę cōuincit ad species assignandas: primo sunt tot experientię auctoritates ad quas sine controuersia saluandas multum conducunt species: quanto magis q̄ cōmunis schola philosophorum ad hanc positionem declinat. Et quando quęris: propter quod illorum quinq̄ ponuntur: dico q̄ ad intuitiuam notitiam non conducunt aliquid: quia sunt concomitātes notitiam intuitiuam: sed dico q̄ propter representationem obiecti pro notitia abstractiua ducenda: quę non posset produci nisi per obiectum vel suplens: & cum nō sit aliud q̄ species vel imago rei: ideo dico q̄ debent poni species.

¶ Et corroborat̄ auctoritate Augusti. x. de ciui. cap. q̄ quia non potest anima secum introrsus: tanq̄ in regiam in corpore naturę ipsa corpora inferre imagines eorum conuoluit: & rapit. & libro. xi. cap. ix vt possit inquit esse visio cogitantis: ideo fit in memoria de visione sentientis simile aliquod: quo se ita cōuertat in cogitando acies animi: sicut se in cernendo conuertit ad corpus acies oculorum.

¶ Notitia diuidit̄ in intuitiuā & abstractiuam: & circa assignandas diffinitiones horum membro rum est controuersia. Aliqui sic diffiniunt sicut Grego. Notitia intuitiua est notitia simplex: qua formaliter aliquid in seipso imediate cognoscitur. dicitur simplex: da compositio vel diuisio nō est notitia intuitiua: vel abstractiua. dicitur formaliter: quia aliquando & propie aliq̄d dicitur cognosci per aliquam notitiam virtualiter: ec q̄ illa continet virtualiter notitiam illius: sicut notitia causę notitiam effectus continet virtualiter: & notitiam conclusionis: notitia principiorum. Grego. Arimi.

¶ Notitia abstractiua, est notitia simplex q̄ formaliter aliq̄d in aliquo medio repsentatiuo cognoscitur: per medium representatiuum intelligit: speciem vel conceptum aliquem fictum, reliqę particulę debent intelligi sicut in precedenti diffinitione: & sic duplex est notitia abstractiua: distincta & confusa.

¶ Ex hoc modo dicēdi colligit̄. q̄ intuitiua non ideo dicitur quasi ocularis. id est q̄ solum sit oculorum: quia respectu cuiuscunq̄ sensus exteriozis & intellectus ponitur intuitiua: sed ideo dicitur: quia mediāte tali notitia res ipsa presens in seipsa immediate cognoscitur: & cognoscenti obijcitur. Abstractiua non ideo dicitur: quia abstrahit ab existentia rei vel conditionibus individuantibus: quasi existentia rei: vel singularitas non possent abstractiue cognosci: sed ideo dicitur abstractiua: quia abstrahit a presentialitate obiectiua rei. in quantum res ipsa quasi absens in alio medio representatiuo cognoscitur: scilicet in specie rei cuius est.

¶ Secundo sequitur secundū hūc modū dicendi: eandem esse notitiam quę est abstractiua & intuitiua licet respectu diuersorum obiectorum: sicut abstractiua notitia sortis est intuitiua sue speciei: & sic omnis abstractiua est intuitiua: sed nō ecōtra vt notū est. Notandum est autem q̄ imago seu species duplici cognitione potest cognosci. Una secundum q̄ est quędam res & talis notitia: qua sic cognoscitur sic est intuitiua q̄ non abstractiua: quia vt sic nullius est memoria nec recordatio. Altera cognitione potest cognosci: scilicet vt imago alterius rei: & sic immediate terminatur ad speciem: mediate tamen ad rem cuius est species: & hę duę notitię sic se habent: q̄ prima sic est intuitiua q̄ non est abstractiua: & secunda sic est abstractiua & intuitiua simul: q̄ non est precise intuitiua: & hę duę notitię nūc assignatę sunt incomplexę. Quędā notitia posset assignari de imagine vel specie qua cognoscitur esse imago: et esset complexa quia compositio: & talis nō esset abstractiua nec intuitiua: vt patet ex dictis.

¶ Hinc habetur q̄ distincta cognitio effectus est distincta cognitio causę.

¶ Contra hunc modū dicendi Grego. solent fieri obiectiones. Prima si de specie haberetur notitia intuitiua/ euidenter iudicaremus species esse & sic non esset tam ambigua quęstio inter doctos, consequens est contra experientiam: ergo de illis non haberetur notitia intuitiua. Item secundum Aristotel. secundo de anima actus distinguntur per obiecta quod nihil aliud sonat q̄ distinctorum obiectorum distinctas esse notitias: ergo non potest obiecti et specierum vnica esse notitia: qua vtrunq̄ cognoscatur: alias propositio Aristotel. esset falsa.

¶ Tertio sic arguit̄. sequeretur notitiā abstractiuam sortis non esse singularem quod tamē est falsum: cum intuitiua & abstractiua de eodem obiecto sint termini synonimi: etiam secundum Grego. illa appellari debet singularis. Sed q̄ sequat̄ pz: repzesentat plura quia sortem & suam imaginem. dices q̄ non inconuenit: quia conceptus sortis. scilicet notitia eius intuitiua significat sortem & seipsam: hoc nihil est: quia alterum ppie: alterum impropie significat: sed illa notitia abstractiua vtrūq̄ naturaliter propie repzesentat: vt notum est. Jgitur opinio hęc nequit stare: igitur.

¶ Ad primū respōdetur pro parte Greg, q̄ verum est in absentia rei nos euidenter iudicare aliqua nobis apparere: vt patet ex rememoratiōe: de somnijs: q̄ aute in sint species in quarta acceptione: vel q̄ sint talis: vel talis rei: solum habetur discursiue & pbabiliter asseritur. Et sic rem quę est in potentia: bene experimur cum alij alio nomine eam appellēt. Quod autem sit species hoc discursiue cognoscitur: nec inconuenit de aliqua re euidenter iudicare quod est: quid autem sit aut vbi: non est euidens scire: patet de imagine quę apparet in speculo satis euidenter: vbi autem sit: aut quid sit non est euidens: cum variant doctores circa illud quid sit & vbi. colozem etiam parietis intuitiue videmus: nec tamen euidenter sumus certi: quid sit: & vtrū sit accidens ab eo distinctum. Similiter de sono habemus euidentiam: vtrum autem sit aer refractus vel qualitas successiua: non est euidens cum sit controuersia inter philosophos.

¶ Ad secundū argumētū respondetur, q̄ illa propositio Aristote. actus distinguntur per obiecta debet intelligi: de obiectis ad quę immediate terminatur notitia quorum nullum mediante altero cognoscit̄: qō si vnum mediante altero cognoscatur: non requiritur diuersorum obiectorum diuersos esse actus.

¶ Ad tertiū argumentū dicitur, si ad esse terminum communem sufficit significare multa ppie: sic dicitur abstractiuam sortis esse conceptum communem: non quatenus significat sortem: sed quia sortem & eius imaginem significat: & sic falsum est intuitiuam & abstractiuam esse conceptus synonimos: quia non significant adequate idem. quod requiritur. Si autem liber dicere q̄ ad esse terminum communem requiritur plura immediate significare: & non vnum in virtute alterius: sic dicemus abstractiuam notitiam sortis non esse terminum communem. Si nulla istarum solutionum placet: libēs audiam tertiā meliorem: qz nūc nō occurrit.

¶ Secundū hunc modum dicēdi clare habetur sui ipsius nullam posse esse notitiam distinctam intuitiuam: vel abstractiuam distinctam: si naturaliter causetur: quia manifestum sequitur impossibile oppositō dato.

¶ Sequitur vltra aliquā notitiam creatam posse esse notitiam distinctam abstractiuam sui/ nec hoc est repugnans primo corolario vt liquet.

Occam. ¶ Secūdū tamē Occam, si immediate iste terminus notitia diuidatur in intuitiuam & abstractiuā/ conceditur quamlibet cognitionem complexam esse notitiam abstractiuam/ quia ad esse intuitiuam inquit requiritur quod sit incomplexa. Et sic concedit quod non solū est abstractiua illa quę est iudicium quo iudico rem esse in presentia obiecti/ sed q̄ abstractiua illa causatur ab intuitiua sicut complexum ab incomplexo.

¶ Notitia intuitiua, est notitia q̄ cognoscitur res esse quando est/ & non esse quando non est/ sic. q̄ si res est/ q̄tumcunq̄ sit distans/ virtute illius potero iudicare rem esse/ sic scilicet q̄ si super naturaliter conseruaretur notitia intuitiua/ si obiectum esset in rerum natura vbicunq̄ esset/ & ad quamcunq̄ distantiam virtute illius iudicaretur rem esse in rerum natura euidenter/ quicquid dicat Scotus. Si vero res non sit. & conseruetur notitia illa intuitiua/ virtute illi⁹ possumus euidenter iudicare rem non esse. Habetur secundum Occam/ notitiam intuitiuam saltem supernaturaliter posse cōseruari in absentia obiecti/ & corrupto obiecto. Quod si arguas sequi contradictionem ex hoc/ quod in presentia obiecti/ vel obiecto existente/ causatur iudicium euidens de sic esse/ et tamen obiecto corrupto/ & manente eadem notitia causari euidentiam de non esse/ & sic vna causa causabit effectus contrarios vel contradictorios.

¶ Ad hoc respondet̄, q̄ non est inconueniens eandem causam cum diuersis agentibus concurrentibus/ producere effectus contrarios/ vt q̄ notum est/ etiam vnam causam cum vno agente causare vnum effectum/ & tamen in absentia illius causare contrarium & potest saltim secundum modum dicendi communem de generatione prime fidei vari simile. quod ratio probabilis cum pia affectione habet causare fidem/ & tamen se sola opinionem/ & tamen fides & opinio effectus contrarij sunt. Sic est notitia intuitiua quę cum obiecto causat iudicium euidens de sic esse/ sine obiecto causat iudicium euidens de non esse.

¶ Notitia intuitiua partim̄ imperfectā. & in imperfectam. Notitia intuitiua perfecta est ea/ quę diffinitia. scilicet virtute cuius possumus iudicare rem esse quando est/ & non esse quando non est. Et hęc noticia intuitiua, est causa propositionis vniuersalis/ quę est principium artis & scientię/ primo meta. &. ij. posteriorum. Notitia intuitiua imperfecta est illa per quam iudicamus rem aliquando fuisse vel non fuisse. & hęc intuitiua imperfecta est ea/ quam superius appellabamus abstractiuam/ nō ea quę simul erat cū intuitiua/ sed illa quę est recordatiua siue rememoratiua ad quam producendam concurrit habitus qui generabatur ex abstractiua quę simul erat cum intuitiua/ vt in supertius dictis satis abunde visum est. Differunt hę duę intuitiuę/ quia perfecta non potest naturaliter esse nisi obiecto existente/ imperfecta vero potest esse obiecto non existente.

¶ Et si quęras quare hęc intuitiua imperfecta appellatur intuitiua/ cū sit abstractiua. Dicitur q̄ ideo est/ quia representat rem sub aliqua differentia temporis. scilicet pręteriti/ sicut perfecta cum differentia temporis pręsentis.

¶ Notitia abstractiua, est illa per quam nō iudicamus rem esse quando est/ nec quando non est nec esse. Et talis abstrahit ab existentia vel non existentia rei.

¶ Clare habet̄ differētia inter intuitiuā & abstractiuam secundum hunc modum dicendi Sequitur vltra secundum hanc viam non posse haberi abstractiuam distinctam/ sine preuia intuitiua in eadem potentia. Loquoz de abstractiua quę est rememoratiua quę habetur in absentia obiecti.

¶Notitia abstractiua secundū Occā accipitur etiam pro conceptu vniuersali abstracto a multis singularibus: vt conceptus omnium hominum: ꝛ talis notitia non est aliud ꝙ cognitio alicuius vniuersalis abstrahibilis a pluribus singularibus: vt conceptus rep-
Habr. sentans conceptum obiectualem de se cōmunicabilem pluribus indiuiduis: et concedit Habriel in hac acceptione eandem notitiam esse intuitiuam ꝛ abstractiuam: qō sic intelligi debet videri meo. Intuitiuam respectu conceptus obiectualis: ꝛ abstractiuam respectu singularis: et per hoc multa possunt intelligi in via Occam.

Scotus. ¶Secundū tamen Scotū notitia intuitiua est quę habetur de obiecto presenti: vt presens est: notitia vero abstractiua est quę habetur de obiecto non vt existens est secundum Scotum in quodlibetis. q. xiij. Ponendę sunt quędam relationes actuū cognitiuorum ad obiecta ad quę terminantur: differenter tamen: qz in notitia intuitiua si fuerit perfecta quę est illa quę habetur de obiecto presenti: vt presens est: sub ratione presentialitatis reperiuntur duę relationes actuales. Si tamen fuerit intuitiua imperfecta qua iudico sortem fuisse in ordine ad differentiam temporis preteriti: non ponetur aliqua relatio realis actualis.

¶Anteꝙ assigneꝫ discrimē inter intuitiuam ꝛ abstractiuam secundum Scotum, ꝛ dicamus ꝙ relationes debent assignari: arguitur ꝙ notitia intuitiua intellectiua non sit existentis vt existens est: ptz intellectus est vniuersaliu: igitur in intelligendo abstrahit ab hic ꝛ nunc ꝛ aliis conditionibus indiuiduantib⁹: ergo non intelligit aliquid existens secundum ꝙ existēs: ergo non potest habere notitiam intuitiuam: igitur.

¶Ad hoc respōdeꝫ, ꝙ per illam propositionem sensus est singularium intellectus vniuersaliū hoc habetur: ꝙ ille potentię distinguuntur sicut superior ꝛ inferior: ꝛ non sicut potentię disparatę quales sunt visiua ꝛ auditiua: sc. f. quod intellectus potest cognoscere obiectum qualitercunq; sensus potest. f. singulariter ꝛ tamen intellectus aliqualiter potest, f. vniuersaliter q̄liter non potest sensus. Non vult tamen dicere: quod se habeant sicut potentię disparatę sic. scilicet quod intellectus nullo modo est singularium.

¶Arguiꝫ cōtra aliud quod dicitur de intuitiua imperfecta: quę secundum Scotum virtualiter de se linquitur ex intuitiua perfecta: pro quanto ex pluribus intuitiuis perfectis de se linquitur memoria: qua postea recordamur de re preterita sub ratione preteritionis. Arguitur sic: in presentia obiecti non causatur nisi species intelligibilis vel sensibilis representans rem sub ratione presentialitatis: ergo non videtur in absentia obiecti a quo causetur illa intuitiua imperfecta.

¶Ad hoc respōdeꝫ, ꝙ sicut i vna parte sensitiue interioris de se linquitur species quę postea representat rem absolute sine aliqua differentia temporis: et talis cognitio qua causatur est abstractiua: et in parte memorativa de se linquitur species representans rem cum aliqua differentia temporis: representans rem sub modo preteritiōis: sic in intellectu potest causari duplex notitia: vna ab intellectu agente abstrahente spēm quiditatis a phantasmate representātem rem sensibilem absolute non pro vt existit hic vel nunc ꝛc. Secunda potest esse vna notitia intuitiua existens in intellectu cooperans intellectui ad causandam notitiam habitualem intuitiuam inclinantem postea ad intuitiuam imperfectam in absentia obiecti non absolute representantem: sed sub ratione preteritionis. f. ꝙ aliquādo fuit presens. Ex quo habetur secundum Scotum: in. iij. distin. xiij q. ij. ꝙ notitia intuitiua causat notitiam habitualem: ꝛ si imperfectam: qua in absentia inclinatur potētia ad actus notitię intuitiuę imperfectos.

¶Secundū Scotū notitię intuitiuę ad obiectum duplex assignari debet relatio actual. prima realis. f. mensurati ad mensuram: altera relatio est vnientis formaliter in ratione mediꝭ: ad terminū ad quē vnit. Et hęc appellatur visitatius relatio attingentię. Et hęc est relatio rationis vt patet. Prima autem est realis actualis vt inquit Scotus, non tamen est simpliciter realis: quia non inter quęcunq; extrema vt cunq; sed vt alterum habet esse cognitum. De hac mensuratione latius in predicamento relationis.

¶Pro plenior huiꝰ relatiōis realis actualis intelligentia notandum est: quod mensurari est intellectum de eius quantitate determinata per aliud certificari. Hic intelligitur quantitas perfectionis. Et sic mēsurari importat duos respectus: vnus est ad intellectum cui fit certitudo. Alter ad mensuram per quam fit certitudo. f. ad notitiam. Prima non est realis sicut nec scibilis ad scientiam. Inquit Scotus: secunda est causati non in esse: sed in cognosci ad causam formalem in cognosci. Et hęc est relatio realis quantum ex parte dependentię causati ad causam: in hoc genere causandi: quę dependentia est ratione extremorum: ꝛ non tantum per actum intellectus comparantis hoc ad illud. Habitudo dependentię cognitionis ad causam cognitiōis bene est realis: sed habitudo dependentię obiecti vt cogniti: ad obiectū vt per quod cognoscitur est inter extrema non vt habentia esse reale: sed tantū vt habētia esse cognitū: ideo nō simpliciter realis. Hęc Scot⁹. Deniq; notitię intuitiuę ad obiectum duplex est relatio actualis. f. mensurati ad mensuram ꝛ relatio attingentię qua terminus attingitur: sed in notitia abstractiua vna ponitur realis: potentialis tamen illa ꝛ dicitur mensurabilis ad mensuram: ꝛ hoc si obiectum habet esse reale: si autem tantum habet esse obiectiuum sola pōitur relatio rationis: altera ponitur relatio rationis quę est ipsius notitię abstractiuę in esse solum cognito: pro vt tantum est ens rationis: hęc Scotus.

Scotus. ¶Secundū Scotū, notitia intuitiua & abstractiua primo differunt: quia abstractiua potest esse indifferenter existentis ꝛ non existentis: intuitiua vero solum presentis vt presens est: secundū assignatas relationes actuales. Secūdo differunt: quia abstractiua nō attingit obiectum in se: sub perfecta ratione: sed tantū sub quadam diminuta similitudine. Intuitiua autem attingit obiectū in se, sub perfecta ratione: sicut dicit Scotus quodliber. q. vj. Tertio differunt: quia notitia intuitiua necessario habet anexam relationem realem ꝛ actualem ad ipsum obiectum: vt est presens in propria existentia. Abstractiua tamen non habet annexam relationem actualem obiecto: quamuis habeat relationem potentialem. f. mensurabilis ꝛ dependentię: nō tamē vnionis: ꝛ presentię. vt quodlibet. q. xiij habet Scotꝰ. Quarto differunt: quia in notitia intuitiua: obiectum est presens in propria existentia. patet: abstractiua: obiectum est presens: in aliquo representante. Hinc elicitur corollarium: quod per nullam potentiam potest cōseruari in genere notitię intuitiuę: sine reali presentia obiectiua: secundum ꝙ dicta insinuant.

Occam. ¶Arguitur argumēto Occā contra hoc quod dicitur: ꝙ notitia intuitiua necessario pręrequirit existentiam obiecti: sic argumentor: vel illa notitia intuitiua dependet ab illo obiecto in genere causę efficientis: vel. finalis: materialis: vel formalis. Si primum: sequitur deum posse suplere illam efficientiam: si secundum.

hoc non potest stare: quia seclusō quocunq; fine: non minus potest stare notitia: quia a nullo fine dependet notitia: ꝛ sic non pendet ab obiecto necessario: tanꝙ a fine: nec potest dici tertium: quia tunc notitia subiectaretur in obiecto: quod est falsum: etiam sequeretur quod sine intellecta posset stare notitia intuitiua intellectus: si dependeret ab obiecto: in genere causę materialis: nec etiam in genere causę formalis: quia obiectum non est forma notitię: nec denominat notitiam: ergo sequitur ꝙ si in genere causę efficientis dependet: quod poterit stare sine ꝓsentia obiecti: cū deus possit illam efficientiam supplere. Forte dicetur: ꝙ obiectum requiritur in ratione obiecti terminātis: contra hoc sic arguo: vel obiectum inquantum terminans habet rationem causę essentialis: vel non. Si ꝓmum: potest argumentum duci vt ꝓs: de causis omnibus. Si secundum: sic arguitur: secundū Scotum: ꝛ omnem phyłosophiam: omnis effectus sufficienter dependet ex suis causis essentialibus. Ita: qō illis positis: omnibus aliꝭ circunscriptis: potest sufficienter poni effectus: ergo cum obiectum inquantū terminans non habeat rationem causę essentialis respectu notitię intuitiuę: sequitur ꝙ si destruatur: sufficienter poterit poni effectus. f. notitia intuitiua: ꝛ sic male dictum est quod per nullam potētiam potest manere: de stricto subiecto.

¶Ad hoc argumentū dicēdum est, quod notitię intuitiuę ad obiectum: est habitudo illa realis actualis quę terminatur ad obiectum: ꝛ illud terminarem̄ potest suppleri ab alio ꝓ ab obiecto: cum relatio non possit conseruari sine suo fundamento/ ꝛ termino. Et si cōtra hoc arguas/ notitia intuitiua: ꝛ obiectū: prior a sunt ꝓ illa relatio actualis: ergo poterit repperiri sine illa relatione per principium Scoti: quod omne prius
Scotus. sine contradictione potest separari a suo posteriori: qō si ita est: tunc obiectum erit cum notitia intuitiua: ꝛ tamē non terminabit aliqua relatio ad illud/ et per cōsequens suā causalitatē: deus: vel aliud agens poterit supplere.

¶Ad hoc respondetur, ꝙ licet fundamentaliter obiectū ꝛ notitia sint priora relatione/ non tñ formaliter. Immo: simul obiectum vt cognitum: ꝛ notitia intuitiua: secundum ꝙ per illam: sub ratione ꝓsentialitatis cognoscitur obiectum: sunt. Et secundum illud esse: non potest notitia intuitiua taliter terminari ad obiectum: ꝙ possit suppleri illud terminari per aliquam potentiam: nec per diuinam. Nam et si relatio: ad id in quo est habeat dependentiam causalitatis efficientis quoadam modo: habet tamen dependētiam causalitatis materialis tanꝙ in quo: quam deus non potest suppiere.

¶His prȩmissis, quero, vtrū intellectꝰ prima notitia intuitiua sit alicuius singularis: vel vniuersalis.

¶Et videꝫ, ꝙ primū quod ab intellectu cognoscitur: sit vniuersale/ ꝛ non singulare: qz secundū Aristo. i. phys. t. Vniuersale q̄dem secundū rationem: est notius: singulare vero secundū sensum: ratiōnes causam dicit. Ratio vero vniuersalium est: sensus aūt singularium: ergo ꝓm ꝓbm intellectus non est nisi vniuersaliū: intelligendo directe: igitur.

Cōmen. ¶Item Cōmentator secūdo de anima cō. men. i cognitio vniuersalis debet pcedere semper: cognitionem ꝑticularem: ergo cognitio vniuersalis est prior omnia alia: igitur.

¶Etiā. i. physi. qđ nobis manifestissima, sunt certa/ ꝛ confusa magis.

¶Itē pro parte Thomę adducit verbum phyłosophi. iij. de anima: ꝛ cōmentatoris. 16. Commen. xxvi. vbi videntur sentire: quod indiuiduum non intelligitur: nisi per linea circularem: aut ꝓpericalem: quidditas autem vniuersalis per lineam rectam.

¶Etiā secundū Aristo. sensus est singularium: intellectus vero vniuersalium.

¶Etiā i prohœmio physi. Pueri ꝓmo appellant omnes viros patres: ꝛ omnes fęminas matres. quod non esset/ nisi quia intellectus primo intelligit vniuersale: igitur.

¶Adducit ratio talis, omne quod procedit de potentia in actum: prius pertransit in actum incōpletum: qui est medius inter actum ꝛ potentiam: ꝓ in actum perfectum. Intellectus procedit intelligendo: de potentia ad actum. Et actus: est scire distincte: ꝛ in particulari actus incompletus est scire in vniuersali: et confuse. Unde dicit phyłosophus. i. phys i quod sunt nobis primo manifesta: ꝛ certa: confusa magis. Posterius autem distinguimus: ꝛ cognoscimus distincte principia ꝛ elementa: ergo prius ꝓ cognoscamus singulariter: debent cognosci vniuersalia: igitur.

¶Propter hęc motiua, & multa alia tenet beatus Tho. in pluribus locis quod singulare primo et directe intellectus noster intelligere non valet: sed reflexe. Vniuersale autem: directe cognoscitur. Tho.

¶Primo notandū est, vt tenet Tho. ꝓma parte. q. lxxv. ar. iij. et. q. lxxvi ar. i. in corolario: ꝛ pluribus aliꝭ locis: quod singulare in rebus materialibus: dupliciter a nobis cognoscitur. Uno modo recte: et sic cognoscitur vi sensitiua: quę in hominibus vis cogitativa: in brutis vero: extimativa dicitur. Quia enim vult cogitativa in suis ꝓbm: participat aliquid de intellectu in homine: in quo sensus coniungitur intellectui: habet ꝙ obiecto substantiam particularem: quemadmodum intellectus habet pro obiecto substantiam: vel naturam specificam. Unde virtus cogitativa per spem ꝛ similitudines sensibilium quas a sensibus exterioribus: et quibusdam interioribus accipit: cognoscit substantiam particularem per illas representatam/ sicut hunc hominē/ hoc lignum: nec hoc multum/ si quidem secundū Auicen. Auice.
extimativa bruti/ ex speciebus sensatis elicit species non sensatas odij et amicitię.

¶Altero modo cognoscit singulare actu reflexo/ et sic cognoscitur ab intellectu virtus namq; intellectiua cognoscendo obiectum suum/ quod est aliqua natura specifica et cōmuni/ reflectitur in cognitionem sui actus/ ꝛ vlterius in spēm/ quę sui actus est principiū/ et vlterius in phantasmata/ a quibus species est abstracta. Et per phantasmata reflectitur in particulare sensibile/ quod est ꝓmum a quo intellectus cognitio incepit/ vt sic quasi via resolutoria/ certam et cōpletam habeat de obiecto proprio cognitionem. Et habētur hęc a Thoma/ opusc. ij. ca. q. xliij. et super hoc. iij. de anima lectione. iij. et de veritate. quęstione secunda. articu. vj. et quęstione. x. ar. v.

¶Secundo notandū etiam est secundū doctrinam ꝓbi. iij. de anima/ ꝛ secundū beatum Tho. prima parte. q. lxxxiij. ar. vij. et. lxxxv. arti. j. ad. iiij. et. v. ꝛ. contra gentiles satis aperte libro. ij. caꝑ. lxxiij. Quod intellectus noster non potest aliquid intelligere/ etiam ꝓs quam species intelligibiles habuerit in habitu. Nisi per conuersionem ad phantasmata. Et quod intellectus humani qui est coniunctus corpori secundum esse proprium/ obiectum est quidditas/ siue natura/ in materia corporali existens. Unde oportet/ quod a re corporali accipiat/ et moueatur. Sed notandum est/ quod Aristo. Tho.

aliter indiget intellectus noster phantasmatibus ante et post intellectionem: quoniam ante specierū receptionem indiget mens nostra phantasmatibus: vt ex eis abstrahantur species intelligibiles: quibus fiat intellectus in actu: et determinetur ad res cognoscēdas: et quibus mediantibus res ipsę moueāt intellectum ad actum ꝓprium. Post receptionem vero specierum intelligibilium indiget intellectus phantasmatibus: ad iterum intelligendum. Tunc etiam vt mens nostra cognitionē habeat completam de re: non solum quantum ad naturam specificam: sed quantum ad naturam particularem et quantum ad eas quę rem ipsam sunt indiuiduantia: et in ista conuersione: habet se intellectus ad phantasmata/ sicut causa efficiens ad effectum: inquantum secundum imperium intellectus ipsa imaginatio et phantasia formar in se phantasmata: ipsi speciei intelligibili competentia.

¶ Tertio notandū est vt melius possimus manuduci ad plenioꝛem intelligentiam huius positionis: ꝙ licet difficile appareat ꝙ proposito phantasmate/specie intelligibili feratur intellectus in cognitionem rei singularis sic ostenditur. A phantasmate abstrahitur species intelligibilis: illustratio est intellectus agentis: et cum offerat se species intelligibilis sine conditione indiuiduanti: intellectus tendit naturaliter in obiectum sibi proportionatum: quod dicitur relucere in specie intelligibili virtualiter repꝛesentatiua: quemadmodum enim sensus: licet immutentur a substantijs materialibus: non tamen cognoscunt directe: nisi accidentia quę p se sola sunt ipsorum obiecta ꝓpria: ꝛ in cognitionē substātię non feruntur: nisi reflexere ꝛ indirecte.

¶ Sic itellectus, p̄sentata specie itelligibili depurata omni materialitate: sine cōditione aliqua indiuiduante: ferturin subſtantiam in speciebus illis latentem vel relucentem: sicut signatum est in signo: nec fertur in obiectum/nec in actum: nec in phantasma/ vt iam dictum est/nisi tantummodo reflexe conuertendo se ad actum et phantasma et rem ipsam. Non igitur ratione proximitatis vel primo occurſu specierum intelligibilium aut phantasmatum circa intellectum prouenit ordo cognitionis/ sed aliunde scilicet a proportione obiecti ad potentiam simul cum naturali tendentia ex parte potentię.

¶ Duo tamen sunt valde notāda q̄ magis apperient mentem Tho. primum est quod habetur a Tho. in .j. parte. q. lxxxiij. arti. vij. ꝛ. q. iij. de anima ter. cō ix. x. xj. xij. arti. iiij. ꝛ. q. lxxv. arti. j. ꝛ. q. lxxvj, lxxviij. quod obiectum nostri intellectus est quiditas materialis specifica. Tho.

¶ Et si dicas secundū Tho. nullū est vniuersale reale: quomodo igitur intelligitur vniuersale directe.

¶ Ad hoc respondet secundū Tho. j. parte. q. lxxv. arti. ij. ad. ij. ꝙ licet nulla res habeat vniuersalitatem extra animam: tamen res quę in intellectu habet vniuersalitatem est extra animam. Sicut enim visus videns colorem pomi: dicitur videre sine odore: non quia color visus sit sine odore in pomo: sed ideo dicitur/ quia visus percipit colorem non percipiendo odorem/ in quantum in visu est similitudo coloris/ ꝛ non odoris Sic vniuersale specificum quod percipit intellecus/ scilicet humanitas specifica non est extra indiuidua/ sed quia per speciem intelligibilem offertur intellectui sine cōditionibus indiuiduātibus/ ideo aduenit humanitati existenti in indiuiduo intentio vniuersalitatis/ ꝛ sic accidit humanitati in sorte vniuersalitas/ quia accidit sic p cipi ab intellectu. Etiam contra gentiles lib. ij. cap. lxxv. ait/ licet natura generis nunquam sit nisi in his indiuiduis/ intelligit tamen intellectus naturam speciei et generis non intelligendo principia indiuiduantia Et hoc est intelligere vniuersalia/ ꝛ sic hęc bene stant ꝙ vniuersalia non sint cessante operatione intellectus/ ꝛ ꝙ intellectus intelligens vniuersalia/ intelligat res quę sunt extra animam.

¶ Circa hoc etiā potest quęri q̄re potius dicitur mouere quiditas specifica ipsum intellectum/ et dicitur obiectum primum mouens intellectum/ ꝛ si non obiectum adequatum quam indiuiduum vel quiditas generica.

¶ Ad hoc potest dici, ꝙ secūdū Arist. omne quod agit debet agere secundum quod est in actu/ et cum quiditas generica sit potentialis determinabilis per differentiam/ ꝛ indiuiduum cum sit concernens materiam est immediate in proportionatum abstractioni intellectus/ quiditas specifica cum sit in actu per differentiā quā claudit/ ꝛ sit abstracta a conditionibus indiuiduantibus/ vbi proprie et distincte intellectus possit agere intelligendo in moderata et proportionata distantia/ primo mouet quiditas specifica/ q̄ generica vel indiuiduum.

¶ Alterū est sūme notandū. s. ꝙ species est prior in intellectu actu intelligendi. Ex quo est ginens primum actum intelligendi/ ꝛ quod abstrahitur a phantasmatibus actione intellectus agentis vepurantis phātasmata/ vt species intelligibiles proportionentur intellectui possibili ad ginendum actum intelligēdi. Et habetur in prima parte. q. lxxxv. arti, ij hoc enim non est secundum alios sic.

¶ Arguit sic cōtra hoc, si aliquid videat a longe prius cognoscimus esse hoc ens q̄ ens/ vt patet experientia. Item Aristoteles. j de anima vniuersale nil est aut posterius. Igitur primo cognoscitur singulare q̄ vniuersale.

¶ Cōfirmat, nil est vniuersale reale scdm Tho. ergo non potest primo mouere intellectū/ cum prius debet esse obiectum quam actus intellectus.

¶ Secūdo sic arguo, si visa aliquare a lōge primo cognoscitur sub ratione entis q̄ hominis/ non igit quiditas specifica primo mouet q̄ alię quiditates: vt habetur passim in dictis/ ꝛ habetur frequenter apud Tho. in pluribus locis.

¶ Tertio arguit argumēto Grego, fūmo inquit primam intellectionem intellectus/ aut per illam cognoscitur ipsa species abstracta vniuersalis/ aut phantasma singulariter/ aut res extra vnā vel plures/ quarum est illa species abstracta. Si dicat Tho. primū/ manifeste contradicit sibi ipsi qui prima parte. q. 85. arti. ij. ex intentione determinat ꝙ species non intelligitur primo/ sed secūdario tantum/ ꝛ per reflexionē/ scēm quam intellectus intelligit suū intelligere et speciem quā intelligit, Nō autē primo intelligitur/ est res cuius est species intelligibilis similitudo/ vt dicit. Et sic species non est qō intelligitur in prima intellectione/ sed est quo res cuius est species intelligitur. Si dederit scēm/ cōtradicit sibi/ et habetur ꝓpositum/ si quidem phātasma secūdum eū est mere singulare et nō vniuersale Si detur tertium habetur ꝓpositum. Nam secundū veritatem et scēm ipm met. Tho. quelibet res extra/ est mere singularis/ et per cōsequens primum cognitum ab intellectu est singulare. Quod si respondendo dicatur ꝙ intellectus primo suo actu cognoscit rem extra abstrahendo tamen eam a conditionibus indiuiduantibus eius. Contra / ad hoc vt talis abstractio fiat: opus est/ aliquid primo Grego.

cognosci. Quero illud vel est aliquod vniuersale/ et hoc non: quia nullum tale ponitur a Tho. vel aliquod singulare: et sic habetur propositum.

¶ Confirmatur, arguēdo ad hominē Secundum Tho. in prima parte. q. 84. ar. 7. intellectus noster pro isto statu nullā rem materialem potest intelligere nisi conuertendo se ad phātasmata. Ita ꝙ ad hoc ꝙ intelligatur obiectum suum ꝓprium. s. natura vniuersalis in particulari existens: oportet necessario ꝙ cōuertat se ad phantasmata ipsa singularium: ad phāthasmata autem non fit conuersio: nisi ipsa intelligendo ꝛ inspiciendo vt ipse fatetur.

¶ Ex quo habetur ꝙ intellectus naturam vniuersalem non intelligit: nisi cōuersus ad phantasma: et sic non directe sed reflexe: igitur.

Duran. ¶ Quarto arguitur argumēto Durādi in secundo: dist. iij. ad probandum ꝙ primum cognitum ab intellectu non sit vniuersale. Et arguitur sic potentia p suum actum non facit obiectum: sed prę supponitur obiectum sicut visus prę supponit colorem quo ad actum videndi: sed vniuersale non prę cedit actum intellectus: nec etiā conditio vniuersalis: immo fit per actum intellectus secundum Tho. et etiam secundum Comentatorem: intellectus est qui facit vniuersalitatem in rebus. Igitur quando vniuersale est: iam aliunde est motus intellectus: ꝛ prius aliquid q̄ vniuersale. Nam secundum Tho. esse vniuersale nihil aliud est: q̄ cognosci sine conditionibus indiuiduantibus: igitur primo cognoscitur singulare: q̄ vniuersale.

¶ Confirmat, si intellectus non cognosceret primo singulare q̄ vniuersale: vel quia non prę sentatur singulare: vel quia nō posset: vel quia nollet. Primum non potest stare. quia prima repꝛesentatio quę fit intellectui nostro: fit per phantasma quod est repꝛesentatiuum rei singularis: et sine eo intellectus nil potest de nouo intelligere: nec secundum: quia constat ꝙ potētia intellectus nostri se extendit ad cognitionem singularium: alioquin de eis non disputaremus: nec consuleremus/ nec aliquid disponeremus per liberum arbitrium. Nec potest dari tertium: nam cum voluntas non feratur in incognitū si intellectus nollet intelligere singularia: sequitur ꝙ prę cognosceret ea.

¶ Ad primum argumētum, quantum ad illud quod dicitur/ si aliquid a longe videatur: primo experimur ꝙ cognoscitur hoc ens q̄ ens. Ad hoc respondetur ꝙ illud verum est de sensu/ sed nō respectu intellectus: et si quis experitur de intellectu: hoc erit actu reflexo. Ad illam auctoritatem Arist. j. de anima. Vniuersale nihil est aut posterius dicitur ꝙ est p̄ior parte. Tho. quia ipse dicit vniuersale denominari ab intētione vniuersalitatis: quę acquiritur post q̄ intellectus intellexit illud obiectum. s. rem ad extra sine cōditionibus indiuiduantibus: vt clarius dicetur in solutione argumenti Durandi.

¶ Ad confirmationē patet solutio ex solutione dubii iam absoluti: scilicet quid sit vniuersale secundum Tho.

¶ Ad secundū argumētum videtur ꝙ possumus respondere dupliciter. p̄rimo ꝙ argumentum non procedit cōtra dicta/ quia solum diximus primo cognosci vniuersale q̄ singulare directe/ nec distinximus quod vniuersale sit illud vt patet. Si tamē vt visi fuimus dixisse in quodam dubio: quiditas specifica primo mouet q̄ quęcunq; altera: vel indiuiduum ipsum intellectum: potest dici quod hoc intelligitur: vbi obiectum sit proportionatum potentię: et sit in moderata distātia: ad hoc vt species possit mouere ad cognoscendum sub ratione quiditatis specifice: vel dicatur tertio ꝙ in quacūq; distantia primo cognoscitur ab intellectu quiditas specifica: q̄ quecunq; alia: propter tationem assignatam in solutione cuiusdam dubij: nisi quod si sit immoderata distantia: cognoscitur confuse: sed securiozem censeo secundam solutionem.

¶ Ad argumētū Grego, respondēdum est sicuti responsum est visq; ad replicam dicendo: quod p primum actum intellectus: cognoscitur res ipsa cuius est species: non species aut phantasma. Nec ex hoc habetur propositum arguentis: vt ille putat: nam licet res cuius est species in intellectu sit singularis in existendo: est tamen vniuersalis in apprehēsione intellectus: eo quod intellectus ipsam rem apprehēdit abstractam a conditionibus indiuiduantibus: quantum ad ea. s. quę pertinent ad rationem speciei: secundum quę communis est pluribus indiuiduis: ac per hoc est vniuersalis continentia ꝛ repꝛesentatione.

Ad replicā in qua petitur, qualiter fit abstractio: scilicet an requiratur quod primo cognoscatur aliquod singulare: ꝛ postea fiat abstractio ab illo: ad cognoscendum vniuersale. Est dicendum: quod fieri abstractionem secundum Tho. nil aliud est q̄ rem singularem cognosci sine conditionibus indiuiduantibus: vt satis clare habetur ex doctrina Tho. vt dictum est in solutione illius dubij: vbi quęrebatur de vniuersali secūdum Tho.

¶ Pro solutione cōfirmationis quā appellauimus argumentum ad hominem. Notandum est: ꝙ vt liquet ex doctrina Tho. locis superius citatis: aliud est conuerti ad phantasmata/ aliud est intelligere phantasmata: nam in prima intellectione qua directe intelligitur vniuersale: conuersio fit ad phātasmata/ quę conuersio etiam appellatur speculatio/ vt inquit Aristo. necesse est intelligentem phantasmata speculari. Et tamen in illa non intelliguntur phantasmata/ quia postea intelliguntur reflexe modo dicto in superioribus. Sequitur igitur aliud esse conuerti ad phantasmata aliud esse intelligere phantasmata/ conuerti ad phantasmata/ nil aliud est quam elicere ex illis species intelligibiles: id est intentiones aliquas lumine intellectus agētis. Intelligere vero ſ reflexe/ per hoc quod illa phātasmata terminat actum intelligendi/ quo fertur intellectus possibilis in illa: et sic q̄ facile dissoluitur difficultas confirmationis.

¶ Pro solutione quarti argumēti, notandū est quod habetur ex Tho. op⁹. lv. ꝛ. lvj. ꝛ prima parte quęstione octogesima quinta/ articulo tertio ad primū vniuersale non est obiectum nostri intellectus secundum rationem vniuersalitatis/ quę intentio attribuitur naturę per intellectum/ post ipsius naturę quiditatiuā intelligentiam/ sine quemadmodum dicit philosophus in primo de anima quod vniuersale posterius est. Sed obiectum intellectus nostri est ipsa res vel natura/ cui ratio vel intentio vniuersalitatis per actum intellectus attribuitur. Quę natura deducta per actiones sensuū vsq; ad phanthasiam conditionibus indiuiduātibus (vt ita dicam) circunsepta per actionem intellectus agentis ab huiusmodi conditionibus indiuiduantibus denudata: efficitur proprium intellectus possibilis obiectum/ ꝛ primo cognitum/ et licet ipsa res vel natura/ vt sic cognita sit cōmunis pluribus/ nōdum tamē habet rationē vniuersalis quousq; post eius quiditatiuā cōsiderationem intellectus comparat illam ad multa singularia sub eadē ratiōe de illis p̄dicabilem/ scēm quā rōnem attribuit illi vniuersalitatis intētionem. Hū talsum est

quod argues dicit: quod nil aliud est esse vniuersale: q̄ cognosci abiq; conditionibus singularitatis. Nam vt dictum est esse vniuersale aliquam rationem vel intentionem dicit superadditam: et sic illa propositio Comentatoris intellectus est qui facit vniuersalitatem in rebus vt debet intelligi: quod intellectus agens sua illustratione faciens cognosci rem: sine conditionibus individuantibus: est causa q̄ intellect⁹ possibilis attribuat ipsi rei rationem vniuersalitatis.

Comen.

¶Ad cōfirmationē, respondeo, datur primum membrum diuisionis/et ad eius probationem dicitur negando assumptum: immo prima representatio q̄ fit intellectui nostro: est per speciem intelligibilē a phātasmate resultantem per actionem intellectus agentis: quę iam non est representatiua rei singularis quantum ad eius singularitatem: sed ipsius naturę et quiditatis singularis rei: scōm q̄ simpliciter ⁊ absolute accipit: vnde arguens procedit ex falso fundamento. s. qō phantasma primo offeratur intellectui secundum quod est representatiuum rei singularis.

¶Dubitaᷣ quid sit intelligere directe & q̄d reflexe. Ad hoc respondetur: quod licet ex secundo notabili satis lucide constet: dicitur tamē quod intelligere directe est aliquid sine conditionibus individuantibus intelligere. Reflexe autem intelligere: est intellectū habere se taliter ad phātasmata in imaginatiua vt phātasia reposita: vt in eis ⁊ ab eis phantasmatū individuationes inspiciat: et suo imperio virtus imaginatiua seu phātasia imagines ac similitudines formet: quibus rem ipsam in particulari cognoscat: hoc habentur ex Tho. locis citatis in secundo notabili.

¶Secūdo dubitatur, postq̄ semel sunt in intellectu species intelligibiles rei vel quiditatis: ad quid opus est conuersione ad phantasma: quod superi⁹ dictum est requiri scōm Tho. in secundo notabili: et etiam verum est secūdum Arist. cum dicat necesse est intelligentem phantasmata speculari: et videtur q̄ postq̄ secundum dicta de mente Tho. immediatum obiectum ipsius intellectus est species intelligibilis: q̄ ad cognoscendam quiditatem specificam denuo satis erat motio speciei intelligibilis sicut in angelo aliqua species intelligibilis se sola incipit mouere intellectum angelicum: postq̄ non mouebat: nam ad cognoscendum singulare reflexe: notum est q̄ requiritur conuersio et cognitio phantasmatis: vt dictum est. Sed ad cognoscendum quiditatem directe: videtur superfluū dicere fieri conuersionem ad phantasmata postq̄ semel intellectus est actuatus speciebus intelligibilibus.

¶Ad hoc respondeᷣ q̄ secundū Arist. ij. de anima sic se habent phantasmata ad intellectū: sicut colores ad visum. Nam quemadmodum colores imprimunt quasdam intentionales similitudines in visum: ita phantasmata actione et virtute intellectus agētis: quasdam sui intentionales similitudines imprimunt in intellectu: ita vt species intelligibiles comperantur ad phantasmata a quibus abstrahuntur: quasi formę intentionales ad rem. et quonam intentiones sunt etiam diminuta et modicę entitatis cōparatione rerum: debilē habent virtutem mouendi et agendi. Ideo necagere nec mouere possunt aliquid: nisi vel ad presentiam eorum quorum sunt intentiones vel saltim q̄diu virtus et motio illorum in ipsis intentionibus persistit. Ex quibus videtur quod species intelligibiles cum sint quasi phantasmatum intentionales formę: non habent actualiter vim agendi in intellectum nisi phantasmata actu motionem habeāt ex qua immediate possint species intelligibiles habitualiter existentes mouere intellectum ad causandam intellectionem. Et si dicas: cum extali conuersione ad phantasmata de nouo eliciunt species intelligibiles: ergo supflue erāt illę habitualiter existentes.

¶Ad hoc respondetur negando cōsequētiam: quia secundum Arist. sciens habitualiter: licet sit in potentia per solum habitum: tamen non est tā in potentia: sicut anteq̄ scientiam haberet per hoc q̄ facilius potest exire in actum scientię nunc postq̄ habet habitū q̄ antea. Sic dicetur q̄ habens species intelligibiles habitualiter: facilius exibit in cognitionem quiditatis specificę: q̄ ante q̄ tales species acquisitas esset.

¶Secūdum tamen Scotum ad quæstionē respondetur vt potest colligi ex. j. sen. dist. iij. q. ij. q̄ vbi plex ordo attenditur in cognoscendis obiectis: vel loquimur de cognitione obiectorum q̄ cognoscuntur confuse vel de cognitione eorum quę cognoscuntur distincte: si loquamur de ijs quę cognoscuntur confuse: ponitur hęc cōclusio. Quod primo cognoscitur species specialissima existens in aliquo individuo: q̄ alia quidditas: vel entitas in eo existens: si vero loquamur de cognitione distincta obiectiuorum: ponatur hęc conclusio secundaq̄ primo cognoscuntur magis vniuersalia q̄ minus vnia. Scotus.

¶Pro declaratione harum cōclusionū est notandum secundum Scotum: quod aliud est cōfusum concipere aliud est confuse concipere. Confusum concipere est aliquod totum essentiale vel totum vniuersale intelligere. Confuse vero intelligere: est eo modo intelligere aliquid/quo per diffinitum importatur. Distincte vero intelligere: est eo modo intelligere: quo per diffinitionem importatur.

¶Nūc p̄batur prima cōclusio sic. Causa naturalis agit ad effectum suum secundum vltimū potentię suę: quando non est impedita: ergo ad effectum perfectissimum quem potest producere primo agit: sed omnia concurrentia ad istum actum primum intellectus sunt causę mere naturales/quia precedunt omnem actū voluntatis et nō sunt impedita: vt patet: ergo producūt effectum perfectissimum in quem possunt: ille autē non est nisi conceptus speciei specialissimę. Si enim aliquis alius esset: puta conceptus alicuius cōiorum esset perfectissimus in quem ista possent cum conceptus superior vel cōmunior istius sit imperfectior conceptu speciei specialissimę/sicut pars est imperfectior toto/ sequeretur q̄ illa non possent in conceptū illius speciei/⁊ ita nunq̄ causarent conceptum illius.

¶Secūdo sic, Auicena primo metaphy. cap̄. iij. Metaphysica est vltima in ordine doctrinę/ergo principia eius aliarum scientiarū possunt concipi et termini illorum ante principia metaphysicę. sed hoc nō esset si oporteret prius actualiter cōcipi conceptus cōmuniores q̄ conceptus specierū specialissimarū/ tūc enim oporteret ens et huiusmodi primo cōcipi/et sic magis sequeretur metaphysicam esse primam in ordine doctrinę. Auicen.

¶Et subiūgit Scotus, q̄ individuū fortius mouens sensum/sic se habet/quod eius species specialissima primo cognita est cognitione confusa: ⁊ hoc supposito quod singulare sit in debita proportione presens sensui/et etiam dispositio organi: proportio debita obiecti ad potentiam: debēt attendi simul cum debita approximatione.

¶Secūda cōclusio p̄batur sic: nihil cōcipitur distincte nisi concipiātur omnia quę sunt de ratione essentiali/sed ens includitur in omnibus conceptibus quidditatiuis inferioribus/ergo nullus conceptus inferior distincte concipitur/ nisi concepto ente. Ens autem non potest concipi nisi distincte: quia habet cōceptum simpliciter simplicem: igitur. Et si quodlibet superius inclusum in inferiori primo distincte debet intelligi q̄ inferius/ igitur poterit ens distincte cognosci sine aliis: et non ecōuerso: ergo ens est primus cōceptus distincte cōceptibilis. Dicit etiam q̄ totus ordo confuse concipiendi precedit totum ordinem distincte concipiēdi: quod probatur auctoritate Auicenę de ordine metaphysicę, ad alias scientias speciales.

¶Et si cōtra primā cōclusionē arguatur q̄ primo physicorum dicitur q̄ confusa. i. magis vniuersalia sunt prius nota nobis/et p̄batur sic/quia pueri primo vocant omnes homines patres: et omnes fęminas matres: ⁊ postea distincte cognoscunt. Igitur primo debent cognosci vniuersalia magis confusa q̄ minus.

¶Secūdo p̄batur per Auicenā, de eo qđ videtur a remotis: quia prius cognoscitur aliquid subconceptu corporis q̄ animalis: ⁊ prius sub ratione aialis q̄ hominis: ⁊ prius sub ratione hominis q̄ huius hominis: hoc etiam videtur quia in arguēdo via compositiua prior est resolutiua/ergo ita debet esse in intelligibilibus simplicibus.

¶Ad primū respōdet Scotus dicendo, q̄ sicut est duplex confusum. s. totum vniuersale: ⁊ totum essentiale: ita vtrūq; in suo ordine est primū in hoc sensu quod primo cognoscimus totum essentiale q̄ partes essentiales: ⁊ totum vniuersale q̄ partes subiectiuas. Sed simpliciter primū est illud quod est primum in ordine confuse cognoscendi: quia processus naturalis ab imperfecto ad perfectum est per medium: confuse cognoscere est quasi medium inter ignorare ⁊ distincte cognoscere: et sic confuse cognoscere est ante quodcūq; distincte intelligere.

¶Ad aliud de puero cōceditur, q̄ species p̄intelligitur ante singulare: quia victum est quod sp̄ecies est primū intelligibile: prius enim naturaliter cognoscitur species q̄ genus/ ⁊ nunc albedo q̄ color in ordine cognitionis cōfuse: quia ad cognoscendum albedinem sub ratiōe coloris: maior abstractio requiritur q̄ ab hac albedine: quia ab albedine. Et est difficilior illa abstractio: quia est a minus similibus.

¶Ad secundum argumentum dicitur, q̄ quādo obiectū non est debite approximatū: non mouet ad cognoscendum se sub perfectissima ratione: sed sub alia imperfecta. Et tunc intellectus sequens sensum talis obiecti: oportet q̄ sit talis obiecti vniuersalis: cuius sensus erat sub ratione singularis. Sed quando obiectū est in debita proportione: vt possit mouere sensum sub ratione sua ꝓpria et perfecta: tunc intellectus sequens sensum: talem notitiam habet talis naturę sub ratione specifica confuse: quā sub ratione generis confuse.

¶Secūdum tamen nominalium positionē multo aliter vicendum est: pro quorum positione supponitur q̄ nulla creatura est aliquid vniuersale: sed quilibet est singularis in essendo: et q̄ solus cōceptus cōmunis vel dictio significā cōmuniter est vniuersale tantū in representando: non in essendo: ⁊ q̄ talis cōceptus cōmunis qui debet causari in intellectu presupponit aliquem conceptum singularem: vel aliquos: hoc dicitur quia aliqui nominales dicunt sufficere vnum. Alii dicunt requiri duos.

¶Ponūtur cōclusiones Prima est, q̄. singulare directe intelligitur. Secūda cōclusio quod prima notitia qua habeᷣ de singulari est intuitiua: et sic prima notitia quę habetur in intellectu est intuitiua: Tertia cōclusio quod singulare primo intelligiᷣ ab intellectu.

¶Prima cōclusio p̄batur, quia si singulare non posset intelligi directe: aut esset ratione pfectiōis intellectus: aut ratione imperfectionis: nō ratione imperfectionis/quia sensus percipit singulare: ⁊ tamē est imperfectior intellectu: igitur. Nec ratione perfectionis: quia si sic: aut hoc esset: quia non potest intelligere aliquid ita imperfectum: sicut est singulare: aut quia non potest immutari ab aliquo materiali: aut quia nil recepit materialiter. Primū non impedit: quia vniuersale abstractū a materialib⁹ non est pfectius ipso singulari/nec secūdum impedit: quia ab eodem potest poni immutari ad cognitionem singularis: sicut ad cognitionē vniuersalis: si enim immutetur precise ab intellectu agēte ad cognitiōem vniuersalis: ita potest equefaciliter poni: q̄ imutatur precise ab intellectu agente ad cognitionem singularis. Et si potest determinari per speciem intelligibilem vel per phantasma ad intelligendum determinate hoc vniuersale et nō aliud: ita potest poni determinari per speciem intelligibilem: ⁊ per phantasma ad intelligendum hoc singulare et non illud: sicut etiā post intellectionem vniuersalis determinatur ad intelligendū hoc singulare: ⁊ non aliud. Cum tū ipsa cognitio illius vniuersalis: equaliter respiciat omnia singularia. Nec secundum impedit: tum quia nō plus repugnat huic singulari immaterialiter recipiīn intellectu q̄ vniuersali: tū quia cognitio singularis sequens post cognitionem vniuersalis recipitur immaterialiter.

¶Cōfirmaᷣ quia vniuersale recipitur immaterialiter: quia species intelligibilis vel cognitio p quā recipitur est immaterialis: sed ipsa cognitio singularis rei ita poterit esse immaterialiter sicut cognitio vniuersalis: ergo propter hoc non repugnat sibi primo recipi: vel cognosci ab intellectu.

¶Secūda cōclusio p̄batur sic, Secūdum hos nominales: vt suppositum est/nil creatū est vniuersale in essendo/ ⁊ si aliquis conceptus communis reperiatur in mente/ ille presupponit aliquē vel aliquot singulares conceptus. Ex quo habeᷣ qō prima notitia sit intuitiua/de sensitiua exteriori satis cōstat/de intellectiua sic probatur/vel prima est intuitiua vel nō. Si primum: intentū/si secundum/ ergo abstractiua distincta vel confusa. Si confusa/ presupponit abstractiuam distinctam/ vt patet/cito qd debeat esse abstractiua cōfusa: si distincta et secundū omnes abstractiua p̄supponit intuitiua naturaliter procedendo/ alias illa abstractiua non esset distincta/vt patet ex quid nominis distincte: igitur patet hoc quia alias per illā plura entia cognosceremus/et sic non esset distincta. Ergo sequitur necessario intellectiuam primam/esse intuitiuam igitur.

¶Confirmaᷣ, quia notitia singularis aliq̄ potest esse intuitiua/quia aliter nulla veritas cōtingens posset euidenter cognosci ab intellectu: sed notitia intuitiua rei non est posterior notitia abstractiua/ergo notitia intuitiua rei singularis est simpliciter prima.

¶Tertia cōclusio p̄batur. s. primū quod cognoscitur ab intellectu sit singulare. Et arguitur sic ꝓbando illud/de ratione potentiarū ordinatarū est/ qō quicquid est sub eadem ratione potest inferior/potest superior/ patet discurrendo per potentias sic ordinatas/ quia idem sub eadem ratione est sensatum sensu particulari/⁊ imaginatum sensu interiori. Similiter idē sub eadem ratione est cognitum a sensu: ⁊ appetitum a potentia appetitiua. Et idem sub eadem ratiōe/est cognitum ab intellectu/⁊ volitum a volitate. Ergo sequiᷣ qō illud qō est prio sensatū a sensu erit intellectum ab intellectu/et sub eadem ratione/sed illud est singulare/ ergo prio cognitū est singulare. Si forte dicaᷣ ꝑ parte Tho.

verum est virtutem superiorem posse in eo quod iferior virtus potest: sed eminētiori modo: quia illud quod cognoscit sensus concrete: quod est cognoscere singulare directe/hoc cognoscit intellectus imaterialiter et in abstracto: quod est cognoscere vniuersale. Contra. quando cognitum a potentia superiori est simpliciter imperfectius cognito a potentia inferiori/ tunc superior potētia non cognoscit eminentiori modo: sed vniuersale est simpliciter imperfectius et posterius singulari ipso: ergo intellectus non cognoscit obiectum sensus modo eminentiori. Preterea sensus non tantum cognoscit album qđ est concretum: sed albedinem secundum philosophum secū dove anima: color est per se visibilis: ergo si cognoscere aliquid in abstracto est cognoscere vniuersale: sensus cognosceret vniuersale.

Aristo. ¶ Soluēda sunt nūc argumenta & fundamenta quę pro parte. Tho. formabantur in principio: et pro solutione quarundam auctoritatum Arist. et comentatoris: quę videntur sonare quod primo notum est vniuersale ꝑ singulare: notandū est q̄ habet Occam distinctio. iij. j. senten. q. vj. q̄ commune vel vniuersale qđ idem est: stat dupliciter/scilicet secundum predicationem essentialem: quia scilicet predicatur de pluribus in quid: & per se primo modo ꝑ aliud: & isto modo animal est communius ꝑ homo: & corpus ꝑ animal. Aliud est communius non per prędicationem in quid et per se primo modo: sed per predicationem denominatiuā: et quasi per se secūdo modo: & isto modo motus localis est qđ communius ꝑ color: quia in pluribus inuenitur motus localis ꝑ color.

Occam ¶ Notitia vniuersaliorīs, stat dupliciter, quędā est notitia complexa, quędam incomplexa. Aliqđ incomplexum/siue vniuersale: siue singulare esse prius notum alio: potest intelligi dupliciter: vel quia hoc potest esse prius notum: quia est potentia propinqua ad notitiam alterius: vel quia necessario est notum ante notiam alterius. Ita q̄ sequatur: aliquid est notum: ergo hoc est notum et non econuerso. Notandum est vltra q̄ in tradenda doctrina incipiendum est eam tradere eo ordine quo communitas auditorum eam facilius capere potest: & melius potest addiscere: vt tradens aliquis cognitionem alicuius animalis: facilius procedet: si naturā animalis explicaret citius: ꝑ leonis vel vsi: quia facilius esset intelligere pmo quid animal: ꝑ quid leo: vel vsus. Naturali tamen modo procedēdi: prius debemus habere cognitionem singularem ꝑ vniuersalem scilicet prius hoc singulare ꝑ huius singularis vniuersale: idest prius hoc aīal ꝑ animal: & prius hic homo ꝑ homo. Ordine doctrinę vero citius vniuersalem quam singularem.

Aristo. ¶ Nunc primo respōdetur ad aliā auctoritatem Arist. j. phys. quod vniuersale notius est secundum rationem &c. dicendo q̄ solum concludit intellectum esse vniuersalium: & sensum: prius sentire sensibile singulare: saltim priozitate naturę/quam intellectus intelligat illud: et hoc nil est ad concludendum intellectum directe solum vniuersale intelligere.

Comen. ¶ Ad aliā auctoritatē Comētatoris. ij. de anima. Cognitio vniuersalis debet pręcedere semper cognitionem propriam &c. dicitur q̄ debet intelligi ordine doctrinali procedendo: vt ostensum est dicendo pro materia harum auctoritatum: quia omne quod distincte debet sciri: vt plurimum prius scitur confuse et vniuersaliter: quam distincte.

Aristo. ¶ Ad aliā auctoritatē philosophi. j. phy. q̄ nobis manifestissima sunt certa et cōfusa magis: quę bonā tangit difficultatem: est respondendum distinguēdo et dividendo confusa: & quot modis dicatur confusum: & vt patet per comentatorem. j. physi. per confusa debent intelligi composita: & hoc siue sint composita ꝑ prie ex partibus essentialibus realiter distinctis facientibus vnum: siue eo modo quo diffinitum ex partibus diffinitionis siue eo modo quo vniuersale dicitur componi ex suis cōtentis. Primo modo compositum accipitur proprie: aliquo modi sunt metaphorici. Hunc autem dico q̄ ista confusa qualitercunq̄ accipiantur: vel primo: vel secundo/vel tertio modo sunt notiora et certa magis. Primo modo loquēdo de notiore: scilicet via doctrinę: & hoc siue intelligamus de notitia complexa vel incomplexa. Non tamen requiritur q̄ sint notiora secundo modo/ quia possibile esset q̄ prima apprehensio etiam sensitiua sit distincta: respectu partium distincte: et non tantum respectu totius confuse.

Aristo. Comen. Hrego. Occam. ¶ Ad aliam auctoritatem, Arist. iij. de aīa et comentatoris: vbi videntur sentire quod individuum non intelligitur nisi per lineam circūflexam &c. Primo dicitur secundum Hregozium et Occam: q̄ Aristo. noluit illud sentire: sed oppositum/quia tamen textus potius videtur sentire/ secundum quod verba communiter sūtantur/quod singulare intelligitur per lineam reflexam/ dicitur/quod ad istum sensum intelligi possunt verba/ quod primo intelligitur ab intellectu singulare/ sicut a sensu/& ex singularibus habito conceptu vniuersali/postea cognoscitur singulare/et quia cognitio incepit a singulari/ cum conceptus vniuersalis pręsupponat conceptum singularem/et postea terminatur in singularem/ ideo dicitur reflexe intelligi/& videtur hoc satis securum et verum.

Aristo. ¶ Ad illud. Arist. j. intellect9 est vniuersaliū. sensus singulariū/dicitur/quod Arist. assignabat discrimen inter sensum et intellectum/sic scilicet quod sensus est tm̄ singulariū intellect9 nō tm̄ singulariū sed vniuersaliū. Et si queras vnde est quod sensus cognoscere dicitur singulariter tantum/& non vniuersaliter/intellectus vero vniuersaliter. Si forte dices/ vt aliquibus placet: quod quia sensus est admixt9 materię: & est materialis/nō potest percipere rem/ nisi cum cōditionibus materialibus/& sic nō potest cognoscere nisi singulariter et singulare/intellectus vero cum sit immaterialis in suo esse potest cognoscere vniuersaliter.

¶ Sed cōtra hoc arguitur, si esse intellectū substantiam immaterialē esset causa quare intellectus intelligeret vniuersaliter: sequeretur quod intellectus diuinus posset intelligere vniuersaliter et cōfuse/ consequens est falsum: vt notum est: igitur illa non est ratio.

¶ Ideo aliter dicitur, q̄ sensus dicit9 nō cognoscere vniuersaliter/ quia non potest cognoscere rem sine conditionibus materialibus/nec potest abstrahere conceptum cōmunem a pluribus singularibus abstractum/intellectus vero cum possit facere abstractionem cognoscendo conceptu communi confuso substantiam/ ideo dicitur posse cognoscere vniuersaliter. Et licet in potentijs creatis perfectionis sit cognoscere vniuersaliter/non tamen est simpliciter perfectum/ cum non reperiat̄ in deo: qa notum est non posse cognoscere cōfuse

¶ Potest cōtra hoc argumētari, bruta syllogizāt/vt cōiter tenet̄/& multę experiēnę ostēdūt in brutis/potissime illa de cane venatico/q̄ insequēs ferā/si peruenit ad biuiū adozata altera via/si nil sentit/statim festinat ad alterā/ergo sequtur cū illud non possit fieri sine syllogizatiōe q̄ bruta syllogizāt. Alii dicūt bruta nō syllogizare/cū syllogizare sit rōtinari/ tā bruta rōtinarēt q̄

tamen est falsum. Etiam syllogizare debet pcedere ex vniuersalibus: ergo videtur q̄ bruta non syllogizēt. Ad hoc est dicendum secundum Hreg. q̄ bruta non syllogizant propter rationē factam et alias. Sed dicit q̄ nō syllogizant ex vniuersalibus: sed ex particularibus/& sic nō habetur inconueniens aliquod. Ad aliud quod dicitur q̄ bruta essent rationalia: respōdet esse falsum. Nam ad esse rationalia requirebatur q̄ discurrerēt ex vniuersalibus: & cognoscerent vniuersaliter/& q̄ haberent cognitionem vltimi finis: & sic licet plurima bruta sint disciplinabilia: & ex pluribus actibus faciant aliqua ex consuetudine et prudentialiter nō tamen habent prudentiam qua habitus vniuersalis est/sed ex instinctu nature faciunt aliquid prudentiale: nec ex pluribus experientijs fit in eis ars vel principiū scientię/ ꝓpter defectū intellectus potentis abstrahere ex illis singularib9 vniuersale. Et si dicas plurima bruta sunt cauta ex pluribus experientijs quas habuerunt: vt est ꝑ notum in pluribus: potissime in canibus venaticis: & canibus alemanozum. Ad hoc dicitur: q̄ illud solum fit ratione memorię et non ratione alicuius artis acquisite ex multis singularibus: licet forte vt tenet Scotus secundū vnum modum dicendi non sit ꝓprie memoria quia videtur memoria ꝓprie dicta respicere tempus & differentiam temporis: quod solum attinet ad intellectum.

Scotus. Tho. ¶ Secūdū Tho, de syllogismo expositorio dicendū est q̄ vel fit ab intellectu reflexe: vel a vi cogitatiua sensitiua: et sic secundum eum bruta syllogizare videntur. Nisi dicas secundum eum ideo syllogizare cogitatiuam: quia intellectui coniuncta est.

Aristo. ¶ Ad aliam auctoritatē, Arist. j. phy. q̄ ad ducebatur pro parte. Tho. Quod pueri primo appellāt omnes viros patres. &c. dicitur quod nil concludit. Nā pueri tunc nil vniuersaliter cognoscūt: sed singulariter tantum. Unde cum puer vir qui non est pater eius vocat patrem: certum est quod virum singularem apprehendit: et ideo illud exemplum non probat: quod prius cognoscatur vniuersale aliquod ꝑ singulare: sed solum quod singulare prius cognoscatur cognitione imperfecta et debili: cuius virtute nō potest habere puer iudicium discretiuum vltimatum et perfectum/quo determinate noverit hunc non esse patrem eius: & quod hic alius sit eius pater: quousq̄ habeat notitiam clarā et perfectam: quę tale iudicium possit haberi: quod etiā similiter contingit in brutis: quę tamen non sunt vniuersalia apprehēsiua. Unde agnus primo sequitur omnem ouem tanꝑ matrē suam: & postea determinate: & solum sequitur matrem: quod non peruenit qa prius habeat notitiam alicuius vniuersalis: sed quia imperfectam notitiam prius habeat de singulari: & postea pefectiorem vt dictum est de pueris. Et si dicas contra hoc qa prius a longe cognoscitur sub cōceptu entis aliquid: & postea sub conceptu animalis & postea sub conceptu hominis: et tandem sub conceptu huius hominis/scilicet sortis: ergo prius cognoscitur vniuersale ꝑ singulare. Ad hoc respondetur: quod solum concluditur: quod a longe habetur notitia singularis magis confusa: ꝑ de prope scilicet hoc ens & postea hoc corpus esse. Et sic siue a longe siue a prope: primo habetur conceptus singularis ꝑ vniuersalis.

¶ Ad argumentū respōdetur, q̄ si inter puram potentiam: & actum complementū. s. actum singularem pretendas vniuersalem esse mediū: hoc falsum est: quia vniuersalis conceptus pręsupponit aliquos singulares vel aliquem: si tamen velis dicere q̄ prius res cognoscuntur confuse: ꝑ cognoscuntur distincte/ conformiter ad dicta multū bene: non ideo sequitur prius cognosci vniuersale. Sed quod habetur est: quod prius habetur cognitio singularis cōfusa: ꝑ singularis distincta: Si dicas/prius videtur natura pigrēdere magis imperfectum ꝑ perfectum. Ad hoc, inter reliquas instantias quę possent adduci dicitur: quod prius acquiritur actus ꝑ habitus: et tamen actus est perfectior: vt est notum: & videbitur in posterioribus/quia inteligere actu perfectius est ꝑ potentia intelligere: & etiam in naturalibus primo generatur cor et viuit/ ꝑ aliquę partes minus principales: & quā aliqua membra minus principalia: & tamen pfectius est quā multa quę posterius generantur.

Aristo. ¶ Potest difficultari circa modū quo cognoscitur vniuersale et singulare: q̄ videtur Arist. cōtra dicere sibi in prohęmio physi. & in. ij. cap. j. lib. poste. Nā in prohęmio physi. inquit: quod vniuersalia et confusa magis sunt nobis prio nota: et sunt magis certa. In. ij. cap. inquit singularia quę sensui sunt ꝓpinquiora/ esse nobis notiora/igitur est repugantia.

¶ Ad hoc potest dici, saluo semp meliori iudicio: quod in prohęmio physi. loquebatur de vniuersalibus complexis vel incomplexis: quorum cognitio debet esse prędia in libris physi. tractantibus de motu in vniuersali: ad alios libros particulares tractantes de motu in speciali: & de speciebus motus. Et hoc via doctrinę/quia facilius et distinctius conclusiones scientur distincte: si prędia sit cognitio vniuersalis.

Aristo. ¶ Et confirmat̄ hoc, per id qđ habet Aristo. j. lib. & primo cap. posterio. quod quęlibet conclusio demonstrabilis primo debet sciri in vniuersali: & postea in particulari. Et sic ordine doctrinali: primo debent tradi magis vniuersalia: quia facilia captu. In. ij. cap. j. posterio. loquitur in sequendo ordinem naturalem. Nam siue sit vniuersale complexum: siue incomplexum: primo habetur cognitio singularis. Nam vniuersalis conceptus vt diximus: sumitur ex singularibus: siue confusis/ siue distinctis: cum prima notitia sit singularis/ et etiam ante ꝑ habeatur aliquod vniuersale complexum quod est principium artis et scientię/ habentur singularium assensus: vt bene habet Arist. ij. li. poste. & j. metaphy. vbi ostendit ex pluribus singularibus haberi principia artis et scientię.

Comen. ¶ Et confirmat̄ hoc per comētatorem comento. 5. 1. physi. vbi dicitur sic. Individuum compossibile licet non sit principium in doctrina demonstratiua/ tamen est principium acquisitionis vniuersalis/ quod est principium doctrinę demonstratiuę. Et ita licet complexum de singulari non est principium demonstrandi/ tamen sine illo non potest haberi demonstratio.

Tho. ¶ Circa hoc potest quęri vtrū intellectus possit simul multa intelligere/& videtur secundū doctorē sanctum/prima parte. q. 85. ar. 4. q̄ intellectus noster nō potest simul multa intelligere per modum plurium: bene tamen potest multa intelligere per modum vnius. Intelligere multa per modum plurium/est multa ꝑ plures species intelligere. Intelligere multa per modum vnius/ est intelligere multa per vnam speciem. Probatur nunc prima pars/scilicet q̄ non potest multa simul intelligere per modum plurium/& probatur sic. Impossibile est idem subiectum perfici simul pluribus formis vnius generis/& diuersarum specierum/ sicut impossibile est q̄ idem corpus secūdum idem simul coloretur diuersis coloribus/vel figuretur diuersis figuris: sed omnes species intelligibiles sunt vnius generis/quia sunt species perfectiuę vnius intellectiuę potentię/ licet res quarum sunt/ sint diuersorum generum/impossibile en-

go est: q idem intellectus simul perficiatur diuersis speciebus intelligibilibus: ad hoc vt diuersa intelligantur in actu. Secunda pars probatur: scilicet q per modum vnius potest multa intelligere simul. Nam modus cuiuscunq; actionis: consequitur formam: quę est actionis principium: ergo si est species vna, poterit esse forma vna. Nec inconuenit per illam multa intelligi. Vnde habetur q deus omnia videt simul per vnum quod est: sua essentia.

¶ Cōfirmatur per Arist. ij, topico, cōtingit plura scire intelligere vero non. Et si contra hoc arguatur probando plures formas eiusdem generis posse simul esse sic. Formę quę magis distant possunt simul reperiri sine repugnātia: ergo quę minus: bona est consequentia a maiori: patet antecedens de colore et odore pomi: qui simul reperiuntur in pomo/ et magis distant cum pertineāt ad diuersas potentias: et habeant diuersas rationes formales obiectiuas: igitur.

¶ Secūdo sic secūdum Aristo. in libris de anima: aliqua potentia non potest simul ponere differentiam inter duo simul: nisi simul apprehēdat vtrūq; sed intellectus noster cognoscit differentiam vnius ad alterum: ergo cognoscit simul multa.

¶ Tertio arguit, quis potest littera quam intelligit in membrana alba distincte intelligere intuitiue et distincte: cognoscendo membranam albam: et hoc non per modum vnius: quia non per vnam speciem sed per plures: igitur contingit multa simul intelligere per modum plurium: patet minor: quia albedinis et nigredinis diuersę sunt species.

¶ Cōfirmatur, intelligēs aliquod totum, plures pates illius totius intelligit: ergo sequitur q contingit plura scire simul per modum plurium: quia cognitione qua cognoscitur vna pars: non cognoscitur altera: nec totum cognoscitur cognitione: qua pars distincte cognoscitur.

¶ Cōfirmatur secūdo, quis scit se scire, & scit se opinari: et etiam contigit scire se credere dictis alicuius: ergo. Similiter quis habet iudicium euidens de aliquo actu credendi ergo potest simul multa intelligere.

¶ Ad primum argumētum respōdetur, q non solum formę oppositę sunt incompossibiles: sed etiā formę non oppositę: contentę tamen sub eodem genere propinquo. Vnde est q et si color et odor pomi se compatiantur in eodē subiecto adequato: nō tamen duo colores: vel duo sapores: nec etiam duę species ad intelligendum per eas actu.

¶ Ad secūdum argumētum respōdet idē beatus Tho. dicendo: quia quando intellectus intelligit differentiam: vel comparationem vnius ad alterum: cognoscit vtrumq; differentium/ vel comparatorum: ratione ipsius comparationis vel differentię: quemadmodum dicitur quod cognoscuntur partes confusę cognitione totius. Et ista cognitio confusa non requit distinctas species: sed possunt in specie totius: partes cognosci. Sic dicetur quod cognoscendo illam differentiam: similiter possunt extrema cognosci confuse: sed distincte simul: per species diuersas nō possunt cognosci.

¶ Ad tertiū cum suis cōfirmationibus dicatur: q si simul aliqua cognoscantur/ hoc non erit per modum plurium distincte. Et si contingat per modum plurium: hoc est confuse. Et per hoc sufficiēter defenditur positio Tho.

¶ Et quoniā actus intelligēdi sine intellectio terminatur ad verbum mentis: volo sub breuibus percurrere quid senserit Tho. de verbo mentis: et licet diuersimode loquitur de verbo: tamen vt attinet ad propositum solam vnicam acceptionē considerabimus: et est secundum quam communiter solet fieri mētio de verbo mentis: secundum doctorem sanctum. Et sic vt potest colligi ex doctrina Thomę in variis locis duo principaliter sunt de ratione verbi. Primum/ q sit procedens seu emanans ab intellectu dicente. Verbum enim in eo quod verbum est/ relationem originis importat ad dicentem: siue dicat mente/ siue cogitatione. Secundum est quod debet considerari in verbo: scilicet quod est ratio intellecta: et similitudo expressa rei intellectę. Ex quo habetur quod verbum sit ipsius rei representatiuū et manifestatiuum: et hęc rei manifestatio vel representatio: potest contingere vno quattuor modorum. Primo quando mens manifestat sibi ipsi per verbum formatum aliquid: de cuius veritate ante formationem verbi dubitabat. Secundo modo: quando id quod mens ante cognouerat implicite et cōfuse: per verbum explicite cognoscitur: et determinate. Tertio modo: quando mens manifestat sibi rem quantum ad quasdam rationes quę rei conueniunt: in compatione ad aliquid extrinsecum. Quę rationes plerumq; latent intellectum: etiam si res ipsa manifeste et explicite cognoscatur: quātum ad id quod est in se absolute. Quarto modo potest fieri manifestatio per verbum: in quantum ea quę vnite sub vno intuitu videntur simul: et quasi sub forma totius videntur separatim: et distincte considerantur per diuersa verba/ quemadmodum si videns totum: et omnes eius partes implicite: videat in distincto verbo distincte quamlibet partem et distincte cognoscat illam seorsum ab aliis. Ex quo elicitur q verbum non solum habetur de incōplexo/ sed de complexo/ nec solum est incomplexum/ sed etiam est complexum/ vt patet ex dictis. Quia si quis dicat/ verbum non esse similitudinem expressam rei cognitę/ quia hoc conuenit speciei/ igitur. Ad hoc dicitur vt habetur ex Thoma/ q tam species q verbum dicitur similitudo rei cognitę/ differenter tamen. quantum ad. ij.

¶ Primū est, q species intelligibilis tenet se ex parte intelligentis sicut principium actiuū quo/ vnde est forma et actus informans intellectum/ et est illi principium intelligendi.

¶ Verbū autē tenet se ex parte rei intellectę: est enim expressa eius similitudo: in qua sicut in quodam cognito/ res perfecte cognoscitur. Quemadmodū videtur facies/ et figura hominis in imagine visa in speculo. Sicut enim res se habet ad intellectum vt obiectū cognitum/ ita et verbum est aliquod cognitum/ hoc tamen interest/ quod res est cognitum non ordinatum ad aliud/ verbum autem est cognitum ad aliud ordinatum/ scilicet ad rem cuius noticia habetur. Vnde verbum est medium quodam inter intellectum et rem cognitam/ nam mediante verbo et cognitione verbi/ operatio intellectus pertingit ad rem cognoscendam.

¶ Secūdum in quo differūt est, q species intelligibilis precedit omnem operationem intellectus/ cum sit intellectui principium quo intelligendi/ reducens ipsum de potentia ad actum. Sed verbum presupponit aliquam intellectus operationē: formatur nam q et emanat pro vt supra dictum est/ per actum intelligendi: et est terminus eius. Vnde licet verbum sit intellectui principium cognoscendi rem/ non tamen est primum principium omnis eius operationis. Ex quo habetur quod non solum est verbum respectu abstractiuę notitię/ sed etiam respectu intuitiuę: licet conceptus

obiectualis Occam videatur se habere vt verbum mētale Thomę: attamen Occam non ponit conceptum obiectiuum esse in notitia intuitiua sicut Thomas verbum.

¶ Tertiū in quo differūt, est q species intelligibilis aduenit intellectui existēti in potentia ita: q̄ per eam fit in actu primo verbum autem procedit: et est in intellectu iam facto in actu: non solum primo modo: qui est forma: sed etiam in secundo qui est operatio: verbum si quidem mentis semper requirit intellectum in actu suo: qui est intelligere. Hic colliguntur ex dictis Tho. prima parte/ questione .xxxiij. et primo sententia. distinctione .xxvij. questione secunda/ et de veritate/ questione tertia articulo secundo/ et prima parte/ questione centesima septima.

¶ De modo originis seu emanationis verbi tenendū est q naturali quadam emanatiōe et necessaria: consequentia sequitur ad actualem intellectionem.

¶ Vltimo agēdū est de modo quo angeli intelligunt: et hoc sub breuibus. Est modus dicendi beati Tho. in prima parte. q. lv. arti. ij. q angeli intelligunt per species concreatas et connaturales: et non acquisitas a rebus quas cognoscunt: sic q quam primo deus creauit angelum sibi infudit species rerum cognoscibilium et hoc sine corporalium/ siue spiritualium. Emuscq; angelus tamen cognoscit se per suam essentiam: vt habet Tho. prima parte. q lvj. arti. j. et ij. Probatur duabus rationibus. Prima est: sicut contingit in corporibus superceles tibus respectu corporum inferiorum: sic in substantijs spiritualibus superioris respectu inferiorum: sed corpora celestia habent potentiam totaliter in sua natura perfectam per formam: in corporibus vero inferioribus potentia materię non totaliter perficitur per formam: sed nunc accipit vnam nunc aliam: ab alio et ab alio agente: ergo a simili inferiores substantię intellectuales. s. humanę habent potentiam intellectiuam non completam naturaliter: sed completur in eis successiue: per hoc q accipiunt species intelligibiles a rebus: potentia ergo intellectiua in substantijs spiritualibus. s. angelis naturaliter completa est per species intelligibiles naturaliter habitas ad omnia intelligenda: quę naturaliter cognoscere possunt: patet propter ordinem similē quem seruant intellectus adinuicem: et corpora superceles tia ad inferiora.

¶ Cōfirmatur, non contingit pcedere de extremo ad extremum nisi per medium transeundo. Et se autem formę in imaginatione: quod est sine materia non tamen sine conditionibus materialibus: est medium inter esse formę quę est in materia: et esse formę quę est in intellectu per abstractionem a materia et conditionibus individualibus materialibus: igitur intellect⁹ angelicus non potest formas materiales reducere ad esse intelligibile nisi prius reducat eas ad esse imaginabile: sed hoc est sibi impossibile: cum careat imaginatione quę est vis sensitiua: igitur intelligit angelus per species infusas.

¶ Cōtra hūc modū formantur duo argumenta: quę inter reliqua habent maiorem apparentiam. Primo arguitur sic angelus non cognoscit per species infusas patet: aut hoc est per species singulares: aut vniuersales: non singulares. Nam cum sint infinita cognoscibilia singularia: quia sunt producibilia infinita: se aquitur infinitas species esse ponendas in quolibet intellectu angelico quod manifeste est falsum: et cōtra beatum Tho. qui nullo modo admittit infinitum. Nec ille species sunt ponendę vniuersales: quia tunc cognitio q̄ haberetur ab angelis de rebus esset confusa: q modus cognoscendi multum alienus est a modo cognoscēdi angelorum: qui perfectissime cognoscunt.

¶ Ad hoc respōdetur, q formę intellectę angelici non sunt singulares: sicut formę imaginationis vel sensus: cum illę formę sint penitus immateriales: nec sunt hoc modo vniuersales sicut formę vniuersales intellectus humani: quibus non nisi natura vniuersalis cognoscitur: sed in esse immateriales existentes exprimūt et demonstrant naturam vniuersalem: et conditiones particulares: et sic intellectus angelicus vna simplici forma potest quod intellectus humanus per diuersas potentias: scilicet cognoscere res singulares et vniuersales: vt inquit Tho. prima parte. q. lliij. arti. ij. in responsione ad ij. angelus cognoscit singularia per species vniuersales: quę tamen sunt similes rerum: et quantum ad principia vniuersalia: et quantum ad individuationis principia.

¶ Tertio arguitur, q nō intelligāt āgeli p species concreatas: patet/ species innatę eodem modo se habent semper ad presentia et futura: sed scientia angelorum non eodem modo se habet: ergo non tantum intelligit per species innatas Minor patet quia scilt presentia: et ignorant futura. Igitur aduenientibus rebus aliquid accipiunt ab illis: ergo non cognoscunt res per species innatas.

¶ Ad hoc respōdet, q aliquę res ātecēs producantur: nō cognoscuntur angelis quę post productionem cognoscuntur: et etiā aliqua nesciebantur: quę post productionem sciuntur: nec ob hoc opus est dicere: aliquid angelos habere a rebus quas cognoscunt. Pro quo noto q cum cognitio sit per assimilationem: assimilatio aliquando fit per modum suum. pprium ad aliquam rem: aliquando per motum rei ad id quod eius habet imaginem. Etiam dupliciter aliquis potest incipere cognoscere. Vno modo per hoc q cognoscens incipit habere formam cogniti sicut in nobis. Alio modo per hoc q cognitum incipit venire ad formam quę est in cognoscente: et isto modo cognoscere incipiunt angeli: vnde si non esset homo in rerum natura/ intellectus angelinō assimilabatur per formam humanam quam habebat/ quo homine producto statim assimilatur/ sine hoc q nouum acquirat in se ab homine producto.

¶ Dicitur aliter de modo intelligēdi angelorum/ pro quo ponuntur propositiones. Prima propositio est/ q notitia intuitiua quam angelus habet/ naturaliter accipitur a re intuitiue nota per illam/ quę propositio sic probatur secundum Damascenum li. ij. cap. iiij. Damasce. Futura quidem/ nec angeli/ nec dęmones nouerunt/ intelligendo naturaliter. Et iā secundū Augustinum. iiij. super Genesim/ vult q quamuis per notitiam in verbo Augu. quę vtiq; singulariter tantum haberi potest res prius fuerunt cognitę ab angelis beatis q fuerint in rerū natura/ per notitiam tamen vespertinam (quę secundū eū ea est qua res in seipsis naturaliter cognoscūtur) nō potuerunt cognosci/ nisi prius saltim causaliter essent. Suppositis his duabus auctoritatibus probatur conclusio sic. Angeli ante q producatur res nō cognoscūt distincte in se naturaliter/ qa hoc soli deo cōpetit post q res sunt producte cognoscunt: ergo sequitur q aliqd acquirūt/ vel saltim q res producte causant notitiā intuitiuam in angelis/ per illud principium/ quando aliquo non posito non ponitur effectus et eo posito ponitur effectus/ illud est causa talis effectus.

¶ Secūda propositio est, q angeli habentes notitiam abstractiuam rerum/ habent species intelligi-

biles singulares.i.singulariter repꝛesentatiuas quę acq̃sitę sunt a rebus: quarum sunt repꝛesentatiuę. Prima pars patet: nam si nō haberent species singulares ⁊ notitiam abstractiuam distinctam: non possent recordari de rebus in particulari: igitur. Quod tamē est falsum: quia animę decedentes: postea recordãtur de ijs quę in mundo egerunt: quanto magis angeli. Patet antecedens de diuite ꝯpulone ⁊ lazaro. Secunda pars probatur: scilicet ꝙ acquirantur a rebus: quia si non essent a rebus acceptę: sed omnes essent simul concreatę seq̃retur ꝙ ita distincte possent intelligere futura: sicut preterita: cū oim haberēt ipecies distinctas: igitur.

¶ Potest hic queꝛi, vtrū angeli discurrāt, pro quo noto ꝙ discurrere potest stare vno trium modorum. Primo modo vt idem sit ꝙ vnum post aliud intelligere. Secundo modo: vt idē sit quod vnum per alind intelligere. Tertio modo vt sit idem quod vnum post aliud: ⁊ per aliud intelligere: siue quod idem est aliqd
Tho. prius ignotum per aliud prius notum cognoscere: ⁊ in vltimo sensu beatus Tho, tenet prima parte. q.lviij. art. tertio: ꝙ non angeli discurrunt: ꝙa intelligit in discursu successionem requiꝛit: et dicit angelos intellectis principijs: statim deuenire sine successione discursiua in cognitionem eorum quę deducuntur: et sic non esse successionem, Sed potest dici: ꝙ licet angeli non discurrant: sic ꝙ prius tempoꝛe faciant principia quā conclusionē: bene tamen discurrunt sciendo vnum per aliud licet simul tempoꝛe: sic scilicet ꝙ si non scirent principia: naturaliter non possent scire conclusionem: quia remota p̄n cipiorum cognitione: remoueretur et conclusionum cognitio. Et in hoc sensu non videtur negandum angelos discurrere: nec etiam videtur concedendum ꝙ per vnū notum veniant in cognitionem ignoti: quia si dependentia est sufficiens inter illud notum ⁊ ignotum: ⁊ non staret in intellectu angelico vnius habere cognitionē quin haberetur illius quod dicebatur ignotum.

¶ Quoniā in quęstionibus precedentib⁹ ⁊ passim in pluribus difficultatibus logicis precipuꝰ operę est vt innotescat de potētijs animę: secundum varias assertiones autoꝝ decreui recitatiue / ⁊ non dispntādo / aperire: quid sentiant principales philosophoꝝ ⁊ theologoꝝ: latiorē discussionem relinquēs perito lectoꝛi: quia ad libꝛos de anima spectat:

Occam, ¶ Aliqui vt Occam ponunt in hoīe duas animas: alteram sensitiuam alteram intellectiuam. Et inquit sensitiuam esse vltimam dispositionem animę rationalis. Nec pro aliquo tempoꝛe viuit aliquis homo vita sensitiua: quin simul tempoꝛe viuat vita intellectiua.

Scotus, ¶ Alii vt Scotꝰ, ponunt in hoīe duas formas. Alteram appellant formam coꝛporeitatis. Alteram intellectiuam: ⁊ hanc formam coꝛporeitatis etiam ponit Scotus esse vltimam dispositionem ad animam
Paulus. venetus, rationalem.

¶ Alii ponūt vt Paulꝰ Venetꝰ ponit in homine tot formas quod sunt partes eterogeneę in aliquo animato.

Tho. Grego. ¶ Alii vt Tho, & Grego. vnicā animā intellectiuam ponunt in homine: ⁊ mediante illa fiunt operationes vegetatiuę / sensitiuę / ⁊ intellectiuę.

¶ Omniū istarū opinionū lector ponet fundamenta: ⁊ ostendet probabilitatem: ne plus nimio immoremur in materijs extraneis.

Tho. ¶ De potentijs aię sentit beatus Tho. ꝙ intellectiuę .s. intellectus ⁊ voluntas distinguuntur essentialiter ab ipsa anima: ⁊ adinuicem: ⁊ sunt accidētia ipi essentię animę inhęrentia.

¶ Potētię vero sensitiuę etiā distinguntur ad inuicem: ⁊ ab anima. Insunt tamen sicut accidentia cōposito ex coꝛpoꝛe ⁊ anima.

¶ Secundū scotū potentię intellectiue di Scotus. stinguntur ab ipsa anima formaliter: sensitiuę vero realiter sicut totum a parte: quia potentia sensitiua est aggregatum ex anima ⁊ coꝛpoꝛe sic mixto: ⁊ taliter ꝓpoꝛtionato. Et sic dicit Scotus: sensatiōes subiectari in aggregato ex anima ⁊ oꝛgano.

¶ Secūdū vero Occā, potētię intellectiuę Occam, scilicet intellectus ⁊ voluntas: solum differunt concepti biliter ⁊ connotatiue: pro quanto intellectus cōnotat intellectionem ⁊ voluntas volitiones: sed potentię sensitiuę: cū sint partes animę sensitiuę: quā ponit ipse Occā extensam ad coꝛpoꝛis extensionem: distinguntur adinuicem: sicut partes vniuę coꝛpoꝛis extensi: ⁊ a tota anima sensitiua: sicut pars distinguitur a toto. Et etiam addit diuersas illas partes animę sensitiuę diuersimode esse dispositas qualitatiue ad exercendas diuersas sensationes. Et sic vna potentia realiter distinguitur ab altera: materialiter et qualitatiue.

¶ Secūdū Grego, intellectiuæ potētiæ si Grego, distinguntur: hoc est ratione vel conceptibiliter vt Occam dicebat: sed sensitiuas potētias dicit esse ipsammet animam intellectiuam: quę in nobis est sensitiua simul et sic potentię sensitiuę ipsius animę si consideremus potentiam assentialiter: ꝓ principio omniū operationū sic vna est: quia sola anima est: a qua emanāt immediate omnes operationes: si tamē consideremus potentias instrumentaliter ⁊ qualitatiue: ⁊ accidētaliter: sicut sunt plures qualitatiuę dispositiones ⁊ diuersa instrumenta: sic poterimus dicere esse diuersas potentias: quia alia dispositio requiꝛitur ad videndum: alia ad audiendum: ⁊c. ⁊ sic tenet Grego. sensationes subiectari immediate in anima rationali: necidēs debere esse intellectiones. Omnia hęc tratabuntur in libꝛis de anima secundum probabilitatē suā: satis esset hic ꝓcessisse recitatiue: ne quę stiones prohęmiales supra modum crescant.

¶ Ad tria argumēta q̄ formabātur in p̄n cipio / ad primum conceditur quod infertur. Ad secūdū debet respōderi quod ⁊ si sensus non percipiat vniuersale / iam ostensum est qualiter intellectus humanus sit vniuersalium. Ad tertiū dicendum est secundum diuersas opiniones / cum aliqui teneant angelos syllogizare / aliꝰ vero oppositum.

¶ Utrum argumentatio sit subiectum logicæ.

TARGUItur primo ꝙ non / quia secundū Aristo. .i. posteꝛiorum / a subiecto sciētia sumit vnitatem ⁊ distinctionem / sed argumētatio est subiectū partis dialecticę / quia subiectū libꝛi priorum / ergo non potest esse subiectum totius dialectice: aliqui pars esset eadem toti: minoꝛ patet quia Arist. in prioꝛibus de syllogismo in communi quę proprie est argumentatio sermonē habet ⁊ non de alio ꝙue principaliter.

¶ Secūdo sic arguit, ad aliquid esse subiectum attributionis in aliqua scientia requiritur inter reliqua: ꝙ omnia considerata in tali scientia habeant oꝛdinem ⁊ attributionem ad illud: sed plures partes logicę non habent oꝛdinem nec attributionem ad syllogismum vel argumentationem: immo syllogismus vel argumentatio pręsupponitur ad illas partes: quales sunt libꝛi posteꝛiorum / topicoꝝ / ⁊ elēchoꝝ: in quibus omnibus pręsupponitur quid syllogismus: ergo male communiter assignatur ab omnibus argumentatio subiectum dialeticę.

¶ In oppositū arguit, a logico tanq̄ apotissimo artifice expetitur modus discernēdi verum a falso: pꝛobando verum: ⁊ improbando falsum: sed non est alia via ista accomoda sicut argumentatio: igitur argumentatio est subiectum dialeticę.

¶ In hac quæstione erunt duo articuli. In primo ostendetur secundum varios modos dicendi q̄d requiꝛatur ad esse subiectum attributionis in aliqua scientia. In secundo videbitur de subiecto attributionis logicę.

Scotus. ¶ Ad primū accedēdo est modus dicēdi Scoti non minus subtilis quam vulgatus: quod ad aliquid esse subiectum attributionis in aliqua scientia requiꝛitur: quod contineat in se primo virtualiter omnes veritates illius habitus: siue scientię cuius est. Et addu cit quedam fundamenta quę partim pendent ex pecularei eius doctrina: partim ex doctrina. Arist. Primū est qō valde innititur suę doctrinę: subiectum propositionum immediatarum quę debēt esse pręmissę demōstrationis potissime continet p̄dicatum: ⁊ sic euidentiam totis propositionis: tam primę pręmissę: quam secundę: sed pręmissę demonstrationis continēt conclusionem: ergo subiectum propositionum immediatarum continet veritates illius habitus.

¶ Secūdum fundamentū quod sumitur ex doctrina Arist. est tale. Primitas subiecti accipit hic: ex primo posteꝛiorum ex diffinitione vniuersalis: secundum ꝙ dicit adęquationem: subiectum siue obiectū (nā idem intelligit Scotꝰ) se habet ad habitū sicut causa ad effectum: sed non dicitur causa adęquata nisi contineat primo virtualiter omnem effectum: ergo non dicetur subiectum: nisi contineat primo virtualiter omnes veritates scientię cuius est.

¶ Pro intelligentia vera huius opinionis, ⁊ suoꝝ fundamentoꝝ videndū est quid debeat intelligi per veritates. ⁊ quid per cōtinere virtualiter primo. Per veritatē conformiter ad Scotū intelligere debemus pro nūc fundamentum veritatis (quę est entitas respectiua resultans ex cōformitate signi ad signatum) subiectiue existens in intellectu / siue in voce / siue in scripto: de qua .s. peribermenias est futurus sermo.

¶ Veritates sunt in duplici differētia quędam sunt per se notę: aliquę demōstrātur per se notas: secundum modum dicendi Scoti: nec inconuenit secundum eum demonstrationem procedere ex per se notis: licet secundum alios inconueniret. Veritates per se notę sunt propositiones: in quibus pꝛedicatur diffinitio de diffinito: vel diffinitum de diffinito: vel pars diffinitionis de diffinito: vel passio immediata de diffinitione: quod secundum Scotum ideo dicuntur per se notę: ꝙa vt ipse dicit ex terminis distincte cognitis propꝛijs: vt talis propositionis fit nota propositio. Hoc intelligi debet respectu potentię quę potest distincte cognoscere extrema: sicut angelus vel anima separata. Nam non loquitur de cognitione quam pro isto statu possumus habere de rebus: potissime de substantia. Nec loquitur de ꝓpositione per se nota vt alij communiter loquendo: de quo alibi latius.

¶ Aliæ sunt veritates nō per se notæ, sed per alias notę: vt veritates cōclusionum quę demonstrātur demonstractione propter quid ⁊ potissima: sicut est veritas in qua pꝛedicatur passio ꝓpria de subiecto. Appellat etiā Scotus omnem propositionem immediatam per se notam. Nam si est immediata inhęrentia pꝛedicati ad subiectum: caret medio: ergo est per se nota cū distincta cognitio extremoꝝ sit sufficiens ad euidentiā talis propositionis.

¶ Vt pōt colligi ex variis locis doctrinæ Scoti: continere aliud virtualiter stat tripliciter. Pꝛio modo sicut causa continet effectum: a quo assentialiter distinguitur: pro quanto post non esse potest eum producere. Sicut vnus ignis continet alterum: quem potest producere: ⁊ assensus pręmissarum conclusionis assensum. Secundo modo contingit continere aliud: quia est medium alicuius demonstrationis: quo mediāte demōstratur aliquid de subiecto: et sic infinitio continet passionem: quia est medium ad demonstrandam passionē de subiecto. Tertio modo aliquid continet aliud virtualiter: quando ex cognitione sua distincta contingit in cognitionem alterius venire: sicut in assensum pręmissarū immediatarum possumus deuenire ex cognitione distincta subiecti: ex quibus postea aliquę veritates de subiecto concludantur.

¶ Pręmissis his ꝓbatur conclusio Scoti, ex cognitione distincta subiecti: habetur cognitio diffinitionis: qua habita habetur cognitio passionis: quia cū sit adequata causa passionis quiditas subiecti: ea cognita cognoscitur effectus: ⁊ sic habetur euidentia maioris q̄ est per se nota. Et scita maioꝝ cum minoꝝ constet ex diffinitione subiecti ⁊ subiecto: etiam est per se nota et q̄ nota sicut maioꝝ: quę ābę euidentię habentur ex distincta cognitione subiecti. Et cū cognitis pręmissis cognoscitur conclusio: ecce qualiter subiectum continet omnes veritates: tam per se notas quam non per se notas scientię cuius est subiectum: potest faciliter exemplificari in scientia de homine. Quod autem hęc sit mēs Scoti comꝓbatur per id quod ipsemet subiūgit: exēplificando quid sit primo continere virtualiter veritates scientię cuius est: inquit enim ꝙ primo virtualiter continere est sic continere quod alia ab ipso dependent ⁊ ipsum nō ab alijs. Sic scilicet ꝙ per impossibile omni alio circunscripto: manente intellectu eius / ad hucc̄ tineret alia / ⁊ nil continet alia nisi per rationem eius. Ex quo clare elicitur hanc continentiam virtualem consistere in cognitione subiecti / ex qua veritates dependent modo explicato. Ut autem magis appareat quid veritatis habeat hęc positio formabuntur argumenta contra hunc modum dicendi.

¶ Et arguitur primo cōtra primū fundamentum Scoti / ⁊ potissimum contra illud primum qō assumit / scilicet quod subiectum continet pꝛedicatum prime pꝛopositionis demonstrationis. Arguitur sic / diffinitio subiecti nec cognitio subiecti continet passionem / ergo / patet antecedens. Notitia hominis non cōtinet notitiam passionis / nec etiam notitia quiditatis continet notitiam passionis / igitur ꝓpositum / patet antecedens / si notitia hominis vel quiditatis contineret no-

ritiam passionis: igitur propositum: patet antecedens: si notitia hominis vel quiditatis contineret notitiam passionis: vel intuitiua contineret intuitiuam: ⁊ hoc non. Nam intuitiua vnius rei: secundum Scotum non potest nobis representare nisi id quod terminat talem attingentiam: ⁊ illud terminare dicit: nec super naturaliter posse supplere ab alio q̄ ab obiecto quod attingitur per illam notitiam: igitur intuitiua vnius obiecti nō causat nec potest causare notitiam intuitiuam alterius. Itē si intuitiua vnius rei causaret intuitiuam alterius rei: sequeretur q̄ de re nunq̄ visa: haberemus iudicium euidens visionis: quod tamen est contra omnes: ⁊ contra Scotum: vt facile est deducere: nec intuitiua causat abstractiuam propriam distinctam: quia ꝓpria abstractiua pręsupponit intuitiuam propriam: qua deficiente: etiam abstractiua deficit: nec abstractiua abstractiuam: vt notum est igitur nullo pacto notitia subiecti: continet notitiam passionis: ⁊ ex consequenti nec subiectum continet predicatum.

¶ Secūdo arguitur cōtra alterū fundamētum ⁊ probationem habitam post fundamentum. Fundatur insinuatur q̄ subiectum est causa passiōis: ⁊ ideo cognito subiecto debet cognosci passio. Arguitur sic: si hoc esset verū sequeret: q̄ cognito aliquo igne deberē venire in cognitionē ignis ꝓductiui esse causam sufficit ad deueniendum in cognitionem effectus.

¶ Itē cum sol sit causa generabilitū & corruptibilium sequeretur quod cognito sole deuenirem⁹ in cognitionem effectuū productorum: quod tamē est cōtra experientiam. Si dicas q̄ intelligitur ō causa adęq̄ta: contra plures sunt causę adequatę respectu aliquorū effectum: ⁊ tamen illarum notitia non continet cognitionem effectum: patet antecedens quatuor qualitates p̄mę sunt causa adequata colorum: ⁊ tamen cognoscitur causa a cęco a natiuitate: ⁊ ignoratur effectus: cum nequeat cognoscere colores.

¶ Cōfirmatur, species sensibiles quę ponunt ab Scoto causatę a solo obiecto adequato sic se habent quod cognoscitur causa .s. albedo euidenter: cadit tamen sub opinione: si species sint ponendę: ergo cognitio causę adęquatę non satis est ad cognitionem effectus.

¶ Tertio arguit̄ sic, omnis notitia virtualiter continens alteram continet eam sine qua non potest altera haberi: sed non quęlibet notitia subiecti continet omnem notitiam quę requiritur ad cognitionē passionis: igitur subiectum non continet virtualiter passionem in sensu explicato. Maior nota est secundū modum continentię: quem exposuimus esse de mente Scoti: minor probatur: esse informabile est ꝓpria passio materię: ⁊ talis passio ad hoc q̄ cognoscatur requirit cognitionem formę: sed cognitio materię non continet cognitionem formę: vt cuilibet est p̄spicuū: ergo nō omne subiectum continet suam passionem.

¶ Cōfirmat̄, hęc passio purgatiua cholerę non potest cognosci sine cognitione cholerę: sed notū est posse cognosci rem barbaram vbi nunq̄ fit cognita cholera. Simile est de ly. beatificatiuum respectu creaturę rationalis: vbi non cognoscatur beatitudo: siue cōsistat in visione: siue in fruitione principaliter. Forte aliquis dicet dictum Scoti debere intelligi de passionibus priūs ⁊ nō communibus: modo hę quas assignasti sunt communes. contra: esse informabile proprium est materię: quia nil aliud a materia est aptum ad receptionē formę substantialis.

¶ Itē sic arguo, esse risibile est passio propria hominis ⁊ adequati subiecti: ⁊ tamen non potest p̄cipi quid risibile sine risu: nam significatio termini cōtatiui sine connotato nequit intelligi: nec concretum sine abstracto: sed sic est q̄ stat cognoscere hominem sine risu: ergo stabit cognoscere hominem sine hoc q̄ cognoscatur esse risibilis: ⁊ sic sine ꝓpria passione: si ignoret q̄d risibile cognito homine: non erit hęc ꝓpria passio nota animal rationale est risibile: nec subiectum continebit predicatū quod est contra iam dicta.

¶ Quarto arguit̄ sic contra hanc assertionem: ex doctrina ipsius Scoti: tenet enim ipse: q̄ passio proprię propria alicuius subiecti distinguit formaliter a suo subiecto: ergo poterit distincte ⁊ immediate cognosci q̄ditas hominis ignorata quiditate passionis: alias passio esset de per se conceptu hominis: quod est satis clare contra Scotum: quia tunc accidens esset de per se conceptu substantię: ergo cum distinguitur distinctione formali mutuas sequitur vtrunq̄ sine alio posse cognosci.

¶ Cōfirmat̄, passio est relatio, sed relatio non potest cognosci sine termino: terminus huius relationis potest ignorari cognito subiecto: ergo cognito subiecti non continet notitiam passionis: q̄ terminus relationis possit ignorari cognito subiecto / patet: ꝗa p̄t ignorari quid sit risus: scito quid homo: igitur.

¶ Pro materia istorū argumētorū, & ad defendendum Scotum in hoc modo dicendi, Notanda sunt aliqua quę secundum veram doctrinam physicam ⁊ metaphisicam censentur vera / ⁊ non sunt aliena a doctrina Scoti: sed satis dictis eius consona / immo ex variis locis suę doctrinę sunt collecta. Si supposuerimus tamen vnum / quod ipse dicit expresse in primo sententia. distintione tertia / quęstione septima / in solutione rationum secundę opinionis. Quod in subiecto respectu passionis pręter causalitatem quam habet materialem / opus est ponere causalitatem efficientem / vt saluetur necessario habitudo passionis ad subiectum. Ex quo habetur / quod id quod assumebatur in declaratione fundamentorum Scoti est expressa doctrina eius / non tamen intelligitur quod sit causalitas realis / sed metaphisicalis vel in cognoscibilitate.

¶ Notandū est ꝑmo, q̄ sicut totali causa & adęquate signata respectu alicuius effectus / non stat eā esse quin ponatur effectus (in causa totali semper intelligo remotionem impedimenti) sic non stat causam adęquatam et totalem distincte cognosci / quin cognoscatur effectus / quod probatur satis sufficienter ex doctrina Aristo. primo physi. ⁊ primo posteri. de modo cognoscendi a priori ⁊ a posteriori. Et arguitur sic / modo cognoscendi a posteriori cognitio effectus ducit nos in cognitionē causę / ergo cognitio causę adęquate poterit nos a fortiori ducere in cognitionem effectus sui / quandoquidem maiorem dependentiam habet effectus ad causam / q̄ causa ad effectum. Et hoc in esse ⁊ cognosci si quidem ordine naturę prius cognoscitur causa q̄ effectus / sic enim assensus pręmissarum ⁊ cōsequentię nō modo sunt causa assensus conclusionis / sed non stat distincte cognoscere assensum pręmissarum ⁊ consequentię / quin deueniatur in cognitionem assensus conclusionis. Appello hic illos assensus causam adęquatam assensus conclusionis / quia cum intellectus sit causa vniuersaliter determinatur ab illis particularibus in talibus actionibus. Sic etiam se habet cognitio terminorum propositionis per se notę respectu assensus per se notę / sic dicere oportet q̄ cognitio distincta subiecti / vel sui quiditatis: ducit nos in cognitionem distinctam passionis: si quidem est adequata causa ⁊ totalis subiectū respectu passionis.

Gregor. ¶ Cōfirmatur hoc quod assumit̄. s. q̄ cognitio causę sit causa cognitionis effectus per communem doctrinam aliorum: ⁊ potissime per id quod Sego. de anima. expresse habet in primo sententia. distintione tertia / quęstione tertia / articulo sic enim habet. Aliquando aliquid dicitur cognosci per aliquam notitiam virtualiter: eo scilicet quod illa notitia continet virtualiter vel totaliter / vel particulariter notitiam illius: paulo inferius exemplificans inquit: vt per notitiam causę effectus potest cognosci: quia principiorum notitia: est aliquo modo causa notitię conclusionis: hęc Gregorij. Ex quibus habetur hoc quod assertum est in hoc primo notabili ad defendendum Scotum esse communem philosophiam.

¶ Secundo notandū est, q̄ Scotus loquit̄ de passionibus proprie dictis quę in secundo modo dicendi de per se sunt in subiecto. Et ratio est: quia veritates per se note vel demonstrabiles demonstratiue, propter quid ⁊ potissime: cuius demonstrationis diffinitio subiecti est medium: non possunt haberi de diffinitione subiecti ⁊ passione communi: quia talis non est per se nota: nec de diffinito ⁊ passione communi: quia talis non est de per se ⁊ de omni ⁊ secundum quod ipsum quod requiritur. Et potest hoc confirmari: quia cognitio diffincta subiecti non continet nisi passiones proprias ⁊ adequatas continentia ista virtuali: vt patet ex iam dictis.

¶ Tertio notandū est q̄ ad cognoscendū passionem non requiritur cognoscere effectum ab ea ꝓuenientem: quia sicut ad suum esse relatio aptitudinalis non requirit terminum actu: sic nec ad cognosci. Et cum non requiratur ad esse nec etiam requiretur ad cognosci: cum nec pręsuponatur ad esse passionis suus effect⁹. Et si aliqualis cognitio requireretur talis effectus ad cognoscendum passionem talis esset confusa: qualis posset haberi cognita passione: mediante qua tāq̄ notitia causę: posset deuenire in cognitionem effectus: quam nis confusam. Hec mirum hoc: siquidem ad suum esse requirit terminum aptitudine. Hinc clare habetur qō ad assentiendum huic animal rationale est risibile: satis est quantum attinet ad predicatum cognoscere risibilitatem: quia risibile non importat risum: sed risibilitatē. Et cognitio risibilitatis nō importat risum: vt iam ostensum est. Sed cognitio quiditatis ducet nos in cognitionem risibilitatis ⁊ hic modus est valde notandus pro solutione tertij argumenti.

¶ His pręmissis respōdetur ad argumēta Ad primum in quo quęritur qualiter cognitio subiecti comitet cognitionem passionis dicitur. Quod taliter scilicet: quia deuenitur in cognitionem passionis cognito subiecto: ⁊ quando quęris si intuitiua subiecti contineat intuitiuam passionis. Dico quod habita intuitiua subiecti habetur ex consequenti notitia intuitiua passionis: cum passio sit pręsens obiectiue: ⁊ sit alia realitas passio a subiecto: ad illam terminatur sua notitia: et etiam ab illa causatur talis notitia. sicut assensus conclusionis potest causari ⁊ causatur ab assensibus pręmissarum: ⁊ ab apprehensiua conclusionis. De abstractiua dicitur: quod abstractiua distincta subiecti quam pręcessit intuitiua subiecti: causat abstractiuam passionis: quam etiam pręcessit intuitiua passionis de alia tamen abstractiua non requiritur: scilicet de confusa. Ad aliud quod dicitur in argumento: si intuitiua vnius causaret intuitiuam alterius: non posset euidenter cognosci vna res non cognita inse clare. Dicitur quod non sequitur: cum non causetur totaliter intuitiua ab alia intuitiua: quia risibilitas non modo terminat / verum et causat. Et si queras: quare notitia subiecti dicitur continere notitiam passionis cum non causet illam totaliter dicitur: quia pręsupponitur notitia subiecti ad notitiam passionis: sicut notitia causę ad notitiam effectus. Non tamen e contra.

¶ Ad secundū argumētum respōsum est vsq̄ ad replicam: in qua tangitur difficultas de colore respectu qualitatū primarum: ⁊ de obiecto respectu specierum. Ad quod dicitur quod argumentum non currit cōtra id quod intendit Scotus. Nam loquitur de cognitione distincta causę totalis ⁊ adequatę: modo cęcus nō habet distinctam cognitionem qualitatū. Nā et si appareat nobis quod habeat notitiam distinctam quia habet euidentiam huius hoc calefacit: non tamen habet nisi notitiam nimis vagam, scilicet hoc calefacit. Ad ꝓpositum Scoti requiritur quod habeatur cognitio totalis ⁊ adequatę causę: ⁊ quod sit distincta cognitio de quiditate rei: ⁊ per hoc soluitur etiam quod formabat̄ de speciebus. Et per hoc soluitur argumentū ⁊ si habeat magnam apparentiam.

¶ Ad tertiū argumentum respondetur, sicut responsum est vsq̄ ad primam replicam: in qua tangitur difficultas de hac passione informabile respectu materię probando quod sit propria. Et tamen cognita materia non est opus vt cognoscatur forma: ergo non continet virtualiter omnem notitiā sine qua non potest cognosci informabile. Ad hoc dicitur: quod ad cognoscendam hanc passionem informabile respectu materię non est opus cognoscere formam: sed satis est cognita materia distincte cognoscere eam esse in potentia: ⁊ esse aptam ad actum quod potest cognosci si distincte cognoscatur quid materia: ⁊ sua intrinseca potentialitas. Et si aliqua cognitio requiratur de forma ad cognoscendam illam passionem materię, illa est sub conceptu actus qui conceptus poterit haberi ex cognitione materię ⁊ si fuerit talis conceptus confusus qui est aptitudo materię ad actum: ⁊ ideo non opus est terminum cognosci distincte vt dictū est in tertio notabili. Ad alteram replicam dicitur quod ad cognoscendum quid risibile non requiritur cognitio risus: sed satis est cognitio risibilitatis: quę vt diximus in tertio notabili sufficienter cognoscitur cognito subiecto: secundum quod est passio: vt etiam dictum est in primo notabili. Et si aliqualis cognitio debeat haberi ō risu: illa potest haberi habita notitia passionis: ⁊ si confusa: ⁊ tam. Nam talis sufficit vt diximus.

¶ Ad quartū dicitur, quod & si passio & subiectum formaliter distinguantur: non ideo sequitur quod cognito subiecto distincte non cognoscatur passio necessario: ⁊ ad hoc quod distinguantur formaliter passio ⁊ subiectum satis est secundum Scotum / quod habeant distinctas cognoscibilitates / ⁊ sint idem realiter / et aliquid sit de per se conceptu quiditatiuo vnius / quod non sit de per se conceptu quiditatiuo alterius. Ad cōfirmationem dicitur sicut in tertio notabili / quod cum sit relatio aptitudinalis non requirens terminum ad suum esse actu / sed aptitudine / ⁊ sit posterius tempore relatione / dico quod vt passio est potest cognosci sine risu / quod sufficit ad subiectum non posse cognosci distincte sine passione. Si vero consideretur vt relatio est / aliqualis cognitio termini requirit. Sed confusa sufficit / cum terminetur ad illum terminum aptitudine, ⁊ non actu.

¶Preter modū tā dictū de causalitate sub iecti ad passionem: ⁊ de cognoscibilitate eiusdem subiecti quo sufficienter defenditur modus dicendi scoti posset aliter dici: q ꝑter causalitatē physicam: q̄ cōmuniter reperitur in entibus physicis: potest aliaduerti causalitas quçdā metaphisica inter entia q̄distinguntur formaliter: ⁊ vnū pullulat ex reliquo. Sicut se habent subiectū ⁊ propria passio. Et posset dici quodlibet in his quorum vnum dependet ex altero causalitate physica: vnum posset cognosci sine altero. Non tamen in ȳs quorum vnū pullulat ex altero causalitate metaphisica / cum sint idē realiter. Sed quia licet forte iste modus esset sic securus: ⁊ appareat verus non est communis. Videtur posse stare in modo iam dicto: q̄ videtur tenere vniuersaliter cum illo intellectu quā annotauim⁹. Nec credo posse verā instātiam adduci ad aliquod ꝓnotatū. Dubitaret aliquis: si deus poterit suplere causalitatē quā habet subiectum ad passionē. Rñdetur ꝙ secundū scotū loco iam citato passio dependeat ad subiectū vuplici habitudine siue causalitate. s. materiali ⁊ efficienti: ⁊ si possit suppleri efficientem non tamen materialem. Potest etiam fieri difficultas an sphericitas: q̄ ſm Arist. demonstratur de cęlo ⁊ astris tanq̄ passio: se habeat cū suo subiecto sicut et reliquę passiones: de q̄bus visum est secundum hunc modum dicendi: ⁊ apparet ꝙ non. Quia passio secundū istum modum habet causam: sed sphericitas cęli cū sit perpetua non hz causam: ergo sphericitas nō potest esse passio cęli: nec demōstrari de eo. Ad hoc dicit ꝙ ſm Aristo cęlum ⁊ alię partes principales mundi: ⁊ si nō inceperint esse/tñ habent dependentiam causalitatis: vt apparet ex pluribus auctoritatibus Arist. Nec ꝙ est aliqua implicatio aliquid esse productum sine hoc q̄ inceperit esse: vt patet de filio in diuinis q̄ productus est sine hoc ꝙ inceperit esse: etiā non implicat aliquē effectū essentialr distinctum a sua causa fuisse ab eterno: ⁊ nō incepisse esse: Patet de lumine solari vel de luce respectu solis Quod tamē ſm Aristo. sit productum: ⁊ non inceperit esse persuadetur testimonijs quibusdam Arist. ⁊ cōmentatoris: ⁊ primo est auctoritas Aristotel. j. metaphisicę cap. ij. vbi expresse dicit: deus etenim tunc causa omnibꝰ esse videtur/tunc quoddam principium: ex qua auctoritate clare habet: ꝙ omnia alia a deo sentit habere causam. et. ij. meta. t. co. iiij. vbi dicit semper existentiū principia semper esse verissima necesse est: non enim quandoq̄ vera quandoq̄ non: nec illis causa aliq̄d est vt sint: sed illa alijs: vbi Cōmētator dicit ꝙ philosophus innuit per hoc dispositionem principiorum corporum cęlestium: cum corporibus cęlestibus Igitur secundum ipsum corpora cęlestia habent principia: que sunt eis causa vt sint. et per cōsequens principium efficiens. Item Arist. v. meta. cap. de necessario inquit. Horū quidem itaq̄ altera causa essendi necessaria: horū autē nulla: sed propter hęc alia sunt ex nunc necessitate. Ubi ꝓz ꝙ aliquorū necessariorum est causa. Et cōmentator. vj. meta. super illo verbo philosophi necesse est oēs causas sempiternas: ⁊ maxime has. Nq̄ nāq̄ cause sensibilium manifestę sunt Alit cōmentator: ⁊ intendit ꝙ res immobiles necesse est q̄ sint ęterne magis: ꝙ ęterne mobiles diuinę. s. corpora cęlestia. Sunt enim causa istorū. i. ꝙ substātia abstracta est causa corporum cęlestium.

Aristo.

Cōmen.

Grego.

¶Nec argumēta Grego. de arimīo quę in oppositum format concludūt: arguit primo. Sic omnes philosophos tenuisse non posse ex nihilo aliquid ꝓduci quod assumit Aristo. phy si. ⁊ de generatione: ergo nō est possibile cęlos esse productos ſm Arist. Secūdo affert ex libro. j. de cęlo. Arist. ꝙ genitum et corruptibile conuertuntur: ⁊ sic si cęli sunt geniti erunt corruptibiles: sed consequens est falsum/ ergo ⁊ añs. Ad primū horū dicetur q̄ō et si teneamus cęlos ꝓductos/ nō tamē sic ꝙ aliquando nō fuissent cęli: sed ab eterno cęli sunt ꝓducti. Et sic nunq̄ fuit nihil nec cōceditur: ꝙ ex nihilo aliquid factum sit. Modo philosophi intellexerūt esse impossibile post nihil aliquid succedere. Et cōfirmatur hoc nam lumen solare ꝓductum est ab eterno: ⁊ tū semꝑ fuit ſm philosophos etiā ſm Augustinum: si pes fuisset ab eterno: ⁊ vestigiū fuisset ab eterno: ⁊ tū ꝓductum esset. Ad aliud argumentū Grego. ꝙ genitum ⁊ corruptibile conuertunt ſm Arist. dicitur ꝙ dz intelligi de eo ꝙ producitur post non esse: ⁊ si qua alia inueniantur q̄ videātur obstrare dictis/hoc pacto sunt absoluenda.

Augustī.

¶Secundum scotū est difficultas cū subiectum logicę sit ens secundę intentionis: ⁊ secūda intētio cum sit relatio rationis: non potest cognosci intuitiue: quo modo poterit virtualr cōtinere notitiā passiōis. Ad hoc est dicendum quicquid alij senserint: quod suo modo distincta cognitio de illo entе rationes qua potest haberi: satis est eo modo distinctiōis q̄ possit haberi ad cognitionem passionis: hactenus de mente scoti.

Tho.

Vt doctoris sancti circa propositam difficultatem mentē apperiamus est notandū: q̄ō in sua doctrina sępissime accipitur obiectū ꝓ subiecto: vt patet secunda secūdę. q. i. ar. ij. dicendo q̄ō obiectum ex parte rei creditę est aliquid incomplexum: ex parte tamen credentis quid complexum: scilicet cōclusio scita: ⁊ sic obiectum si aliquādo reperiatur ꝓ subiecto debet intelligi obiectum incomplexum.

¶Tria requirūtur secundū tho. ad aliqd esse subiectum attributionis in aliqua scientia totali. Primum est ꝙ sit incomplexum. Ratio huius est: quia debet subiici respectu ꝑdicatiōn conclusione demonstrata. Secundum est ꝙ primo principaliter consideratur: et q̄ō omnia alia habeant ordinem ⁊ attributionē ad ipsum id est adequate ꝓponant ipsum. Ratio huius est: qz nisi vnum principaliter consideraretur in scientia: non posset alia scientia dici vna: quia ſm Aristote. j. poste. ex vnitate subiecti attenditur vnitas scientię. tertiū requisitum est ꝙ aliqua possint demōstratiue scirive illo si sit scientia propie dicta: vt passiones q̄ de subiecto propē dicuntur. Difficultas est ſm Doctorē sanctū in sua doctrina de subiecto attributionis: nā videt sibiipsi obuiare: cū in. j. senten. in ꝓlogo. ar. iiij. assignat subiectū theologię eius diuinum cognoscibile per suspirationem. Et alibi. j. parte. q. j. ar. vij. tenet deum sub ratione deitatis esse subiectum theologię: ex quibus videtur esse pugnātia in dictis eius.

Aristo.

¶Ad hoc dicēdū est, ꝙ aliter loquitur de subiecto in. j. senten. nā ibi cōsiderat subiectū ex parte scientis sc. ſ. ꝙ cū nos cōsideramus aliqua de deo secundū attributionē ad ipsum: ratio per quā illud facimꝰ est reuelabilitas per hoc ꝓncipiū: omne reuelatū a deo est verum. Et sic subiectū videtur includere hāc viam ꝓbā di in theologia ꝓ isto statu. Ju. j. parte et alibi: cōsiderat ipsum scibile ad quod vltimate ordinātur omnia q̄ traduntur in theologia secundū attributionē: ⁊ sic est deus sub ratione deitatis.

¶Secundū tamē communius loquentes ad aliqd esse subiectum scientię aliqua requiruntur facta consideratione aliter ꝙ isti fecerunt. Et notam⁹ qō subiectum in proposito accipitur pro illo quod subiicitur respectu predicati: vel ꝓ re signata per terminum quo subiicitur. Per scientiam intelligimus totam collectionem habituum diuersarum conclusionum ad vnam scientiam pertinentium. In scientijs vt patebit / duo possunt reperiri: quę faciant aliquem terminum: vel aliquam rem esse subiectum primum in aliqua scientia.

Primum est qō habeat primitatem attributionis. i. qō omnia considerata in tali scientia habeant attributionem ad illud. Sicut corpus sanabile est subiectum medicinę inquātum huiusmodi: quia omnia cōsiderata habent attributionem ad illud. Nam quecunq̄ in medicina consideratur/ attributionem habent ad ipsum inquantum huiusmodi/ vel sicut causatiua sanitatis vel conseruatiua/ aut significatiua/ aut aliquo alio modo: vt patet iiij. meta. Altero modo aliquid potest habere ꝓmittatē communitatis in aliqua scientia. i. quia est commune et plura q̄ considerantur in tali scientia, ⁊ si non habeant attributionem ad id: illis tamen est commune. Sicut in philosophia naturali ens naturale mobile est subiectū attributionis ⁊ tamen multę sūt partes quę non habent attributionem ad tale subiectum: sed ꝓsupponunt illud sicut ens naturale mobile ad vbi/ ⁊ mobile ad formam non habent attributionem ad ens naturale mobile: sed ꝓsupponūt quid ens naturale mobile. Et sic satis est qō habeat cōmunitatem ad illa / cū sit cōmune ad illa. Est tamen subiectū libri physi. primitate attributionis: quia omnia cōsiderata in libris physi. habent attributionem ad sciendū quid ens naturale mobile. Et sic non inconuenit idem subiectum secundū alteram et alteram primitatem esse subiectum totius ⁊ partis/ sic enim sentiendum est de syllogismo qō est subiectum attributionis in logica. Duplici consideratione vel ꝓmitate/ secundū diuersas partes. Nā respectu libri Perihermę. et posterioꝝ: ⁊ ꝑdicamen. primitatem habent attributionis/ quia omnia, cōsiderata in illis sunt ad cōstituēdū syllogismū: respectu vero poste. topico. ⁊ elēcho. habet ꝓmitatem cōmunitatis/ ⁊ sic nō inconuenit idem esse subiectū attributionis totiꝰ et partis secundū diuersas primitates et ꝓprietates.

¶Visis his modis dicēdi diuersis, dicitur ad id quod q̄rebatur in ꝓncipio qō secūdum omnes has tres vias. ſ. Scoti. Tho. et noīatium: argumētatio est subiectum logico ptz ex declaratione vnius cuiusq̄: nunc restat respōdere ad argumenta in ꝓncipio formata. Ad primum argumētū respondet qō argumentatio est subiectum totius et partis secūdū diuersas primitates et considerationes: nec inconuenit idem esse subiectū totius/ et partis diuersimode cōsiderando subiectum: et quādo dicitur qō scientię capiunt vnitatem vel distinctionem a subiecto: dico ꝙ intelligitur a cōsideratione qua subiectum considerat secūdum hanc vel illam primitatē.

¶Ad secūdum argumētum respōdetur dicendo: ꝙ ad aliquid esse subiectū attributionis non requiritur qō omnia habeant attributionem ad illud: satis est esse cōmune ad illa: ⁊ qō alia habeant attributionē ad illud: ⁊ sic reperit duplex primitas respectu diuersarum partium/ ⁊ hęc de secūda quęstione ꝓgmiali.

¶Tertia quęstio.

¶Vtrum logica sit vna scientia

TARGVITVR quod non: nam si esset vna scientia cum scientia sit habitus ſm Arist. si esset vna scientia esset vnus habitꝰ: sed hoc est falsum/ quia de qualibet cōclusione habetur distinctus habitus: nā si quis habituaꝝ vnico habitu ad vnam conclusionē: experitur se solū ꝓptum circa illam/ et si circa aliam debet esse ꝓptus: oportet esse alium habitum: ergo ꝑium conclusionū debēt esse distincti habitus: ⁊ sic logica cū habeat in se distinctas ꝓpositiones: habebit distintos habitus: ⁊ ex consequenti non est vna. Si dicas qō satis est qō illi habitus sint vnum per aggregationē: cōtra sequitur ꝙ habitꝰ diuersarum scientiarū essent vnius scientię cū faciant vnum ꝑ aggregationem/ ⁊ sic plures scientię facerent vnam qō est contra omnes.

¶Secūdo sic arguit, si logica esset vna scientia vnitate numerali/ vel specifica/ vel genetica subalterna/ vel generalissima/ vel transcēdentali. Non primum: cum in logica sint plures habitus differentes numero. Nec secūdum: cum sint plures habitus differentes specie. Patet de his q̄ inclinat ad actus specie differētes/ nec tertium: quia etiam in logica sunt plures habitus differentes genere subalterno/ patet in syllogismo topico ⁊ demōstratiuo: ⁊ alijs. Si dicas ꝙ est vna vnitate generis generalissimi: contra sequeretur ꝙ nullam vnitatem haberet/ quia decem genera generalissima sunt primarum intentionum: ⁊ sic non habunt vnitatem logicę quę est de secundis intentionibus. Etiam sequeretur: ꝙ alię scientie deberent habere vnitatem a genere generalissimo/ et sic tantum decem scientię totales deberent esse/ quod tamen est contra omnes quantū ad rem et considerationem/ nec vnitate trāscendētali est vna/ quia sequeretur quod omnes scientię essent vna scientia ratione transcendentis: quod est cōmune ad omnia.

¶In oppositū arguitur ex Arist. i. poste. asserente vnitatem scientię ab vnitate subiecti attributionis debere sumi: sed in quęstione precedenti definitum est logicę vnum esse subiectum attributionis ergo sequitur logicam esse vnam scientiam.

¶In hac q̄stione primo videbiꝫ de opinione Tho. circa vnitatem scientię: ⁊ de eius ꝓbabilitate: secundo de opinione Henrici: tertio decidetur quęstio secundum communius loquentes / ⁊ tandem respondebitur ad quęstionem.

Tho.

¶Positio beati Tho. sub ijs cōclusionibꝰ continetur. Prima cōclusio est: habitus scientię totalis quāuis ad multa se extendat: quia tamen ad ea se extendit in ordine ad vnum: scilicet ad vnam specialem rationem obiecti: ⁊ ad eadem principia vna qualitas simpler est formaliter loquendo: ⁊ non plures. Hęc cōclusio habetur a Tho. prima secundę. q. xliij. ar. iij. ⁊ supra. q. lij. ar. ij. Secunda conclusio est: ꝙ distinctio secundum genus scientiarum attendenda est penes distinctiōem secundum genus scibilis. / inquantum est scibile / ⁊ vnitas scientię secundum genus attendenda est secundum vnitatem generis inquantum est scibile. Hęc conclusio habetur a Tho. prima parte. q. j. ar. iij. ⁊ super Boetium de trinitate lectione vltima. q. ij. ar. j.

Tho.

¶Tertia cōclusio, ꝙ vnitas specifica habitus scientifici attendenda est penes vnitatem formalis obiecti: inquantum est scibile/ quod ille habitus primo et per se respicit. Hęc apud Tho. ꝑma. parte. q. j. ar. iij. et prima secundę. q. lxiij. ar. ij. ad primum.

Aristo.

¶Pro plene intelligēda positione Tho. ⁊ harum cōclusionum declaratione. Primo videndum est quid intelligat per habitum: vt aliqua loca Tho. intelligantur quę videntur obuiare conclusionibus ꝓmissis. Ideo dicitur quod cum habitus secundum Arist. in predicamentis: et. v. meta sit dispositio quędam: aut perfecti/ aut qualitas nature: vel potentię habentis habitum: ⁊ secundum quod habens habitum bene vel male disponitur: omne illud quod habitualiter est in in-

¶

Aristo.

ellectu: disponés intellectū ad suam operationem: potest dici habitus. Unde species intelligibilis representans rem recepta in intellectu possibili: per quam intellectus perficitur: & fit potens ad intellgendum: habitus appellatur. Quia intellectus informatus specie intelligibili: non est in pura potentia respectu intellectionis: necin actu complero/sed medio / modo scilicet habitu inter actum et puram potētiam. Et ostendit Aristoteles iij. de anima: & sic in vna acceptione: habitus accipitur a beato Tho. in pluribus locis/ potissime in quæstionibus de veritate. 7.q.ij.ar.ij. vbi dicit de anima Christi: quod habuit habitum ad cognitionem creaturarum. i. collectionem specierum intelligibilium ad cognoscendum ordinatarum. & iij. senten. distin. xliij. q.j. ar.j. Altero modo accipitur habitus pro notitia de re ipsa generata per actum intelligendi mediante specie intelligibili: et in hac acceptione accipitur ab Aristote. vi. ethi. vbi de habitibus agens intellectus dicit scientia est notitia conclusionum. Intellectus vero est notitia primorum principiorum. Et in hac significatione accipitur a Tho. in pluribus locis: sicuti prima secundę. q. ij. per totum. 7.q.lvij. per totum. et. ij. hęc acceptio est magis in vsu philosophorum. & theologorum: et eadem. q.ij. ar. j. beatus Tho. de habitu principiorum loquens qui est intellectus dicit quod prouenit nobis a sensu iuxta doctrinam Arist. in fine poste. Et primo meta. ea ratione: quia scilicet per species intelligibiles cognoscuntur termini: quibus cognitis naturaliter habetur notitia principiorum quę appellat intellectus: et de habitibus scientiarum dicit. ar. ij. eiusdem. q. quod causant in intellectu secundum q̄ mouetur a primis propositionib⁹ quarum cognitionem hꝫcedit cognitio terminorū quę accipitur mediantibus speciebus intelligibilibus.

¶ Ex quib⁹ elicīunt duo p doctrina tho,

Primum q̄ habitus qui est species intelligibilis/ facit ad habitus scientię acquisitionē. Secundū est: q̄ habitus secundum secundam acceptionem non sunt species intelligibiles: quibus primo intellectus informatur. Quia cum semper species præsupponatur ad notitias terminorum: ex quibus postea habetur intellectus: ex quo intellectu postea habetur scientia: sequitur species non esse habitum in secunda acceptione. Sed quia beatus Tho. alicubi appellat species habitus scientię: notandum est/ q̄ ille genitiuus scientię accipitur aliquando transitiue: & sic facit hunc sensum: habitus qui ordinatur in acquisitionem scientię. Et isto modo species intelligibilis bene est habitus scientię. Altero modo accipitur intransitiue/ & tantum valet sicut habitus qui est scientia: & in ista acceptione species intelligibilis nō est habitus scientię/ sed solum isto modo/ dicitur habitus scientię notitia/ quę acquiritur ex pluribus actibus intelligendi/ & vocatur habitualis/ quia per eam cognoscitur conclusio habitualiter. Et ista sunt multum notanda ad intelligendum q̄ Tho. in. j. concluse. non intelligit de specie intelligibili: nec de habitu in prima significatione sed secunda. Notandum est primo/ q̄ secundum beatum Tho. prima secundę. q̄stione. xiij. arti. primo in solutione ad primum et tertium senten. distinctio xxxiij. quęstione prima. articul. primo. potentia et habitus sumunt distinctionem ab vnitate vel distinctione obiectorum formalium: non tamen vniformiter: quia ad distinctionem potentię non sufficit distinctio specifica obiectorum / qualis est distinctio specifica albedinis et nigredinis. Nam talis distinctio non arguit potentiam visiuam esse multiplicem. Sed distinctio specifica obiectorum formalium bene arguit distinctionem specificam habituum incomplexorum/ et etiam complexorum si rationes formales distinguantur specie: vt alia ratio boni bene causat alium habitum: non tamen arguit distinctam potentiam. Distinctio autem quę sufficit ad distinguendas potentias est generica: sic. s. q̄ si obiecta formalia differūt genere: et potentię debent differre.

¶ Secūdo notādum est de mēte sancti Doctoris. ij. q̄stione prima articu. j. 7. iij. senten. distin. xliij. q. prima arti. j. & aliis locis: quod in obiecto alicuius habitus vel scientię est aliquid vt materiale/ aliquid vero vt formale. Formale est id secundum cuius rationem obiectum refertur ad habitum: et habitus circa id versatur. Materiale tamen/ est id in quo formale fundatur. Sicut enim respectu potentię visiuę corpus coloratum est materiale: formale vero est color: qui est ratio quare aliquid videatur: (capiendo large colorem: prout se extendit ad lucem et lumen) sic in scientia sicut est geometria. Materiale in obiecto est conclusio scita: formale vero sunt ipsa media demonstrationis quę formale sunt: et ratio sciendi conclusionem. Hꝫc duplex acceptio rationis formalis complexorum: & incomplexorum habetur a Tho. in sententia prima secundę. quæstio. xliij. arti. xliij. in corpore quęstionis.

¶ Aduertēdum tamen est quod ratio formalis obiecti potest dupliciter considerari: vno modo ex parte scientis. Altero modo ex parte rei scitę. Primo modo est medium quo aliqua conclusio in aliqua scientia probatur/ ad quod medium reducitur probanda vltimate quęcunq̄ conclusio talis scientię. Sicut in theologia esset hęc propositio omne reuelatum a deo est verum: vel altera: vel alię quęcunq̄: quę sunt medium ad probandas omnes conclusiones theologicas. Sic q̄ ad tale medium fiat resolutio. Et in aliis scientiis propria principia talium scientiarum/ forte cum aliquibus principiis cōmunibus.

¶ Aliter cōsiderat ratio formalis ex parte rei scitę: & est id quod habet rationem subiecti attributionis/ quod cum obiecto materiali percipitur: sed quod vltimate: & ad obiectum materiale refertur habitus vel actus potentię/ sicut in philosophia naturali ratio mobilitatis. Et in metaphysica ratio entitatis. Et in aliis scientiis secundum aliam rationem subiecti attributionis. Exemplum primę rationis formalis/ vt si quis habeat medium demonstrationum pro aliqua conclusione probanda/ & alter medium op inabile vel topicum de eadem: isti habent diuersas rationes formales primo modo. De secunda ratione formali exemplū: si vnus de vna re habeat cognitionem sub ratione entitatis/ alter sub ratione mobilitatis: isti duo haberent diuersas rationes formales secundo modo.

¶ Tertio adnotādū est, q̄ si ratio formalis obiectiua habitus fuerit vnū specie specialissima habito denominabitur vnus species a tali vnitate specifica, Non obstante quod conclusiones differant specie. Si vero fuerit vnum genere illa ratio formalis: denominabit habitus vnum genere a tali vnitate generica: & hoc habetur expresse a Doctore sancto prima secundę quęstione. xliij. articulo secundo in solutione.

¶ His præmissis p intellectione positiōis beati Tho sū. prima pars primę conclusionis potest habere duos sensus. Primus est de obiectis materialibus: scilicet q̄ habitus se extendit ad multa: id est extenditur ad plura obiecta materialia: & hic sensus est facilis et perspicuus. Alter sensus est quod etiā habet plures habitus quorum quilibet est scientia secundum varietatem conclusionum sciarum/ et tamen omnes illi habitus partiales cum habeant vnicam rationem formalem tam ex parte scientis: quā ex parte rei scibilis sequitur illos esse vnum secundum rationem formalem: et hoc est conforme Aristoteli dicenti habitum conclusionis esse scientiam: præmissarum vero intellectum appellari. Ex quo habetur secundum aliquos sectatores Tho. poni plures habitus partiales in vna scientia/ & cum his optime stat vnitas habitus modo satis explicato q̄uis inferius ostenderetur non esse de mente Tho. hunc secundum sensum. In omnibus quę dicta sunt sufficienter declarata est mens Tho. vt satis liquet ex locis iam citatis. Secunda pars primę conclusionis satis nota est ex notabilibus præmissis.

¶ Duę vltimę conclusiones sunt euidētes ex vltimo notabili.

¶ Arguit sic primo cōtra cōclusionē primam improbando illud quod dicit: videlicet q̄ est ponendus vnicus habitus pro omnibus conclusionibus vnius scientię. Et arguitur/ si vnus habitus est respectu omnium conclusionum/ sequeretur quod existenti habitu circa primam cōclusionem geometrię deberem scire centesimam conclusionem geometrię/ consequens est contra experientiam/ igitur: quod sequatur patet: vnicus est habitus omnium: ergo habetur habitus respectu centesimę/ & quoniam cum habitibus vtimur quando volumus/ sequitur/ q̄ si quis velit vti habitu circa centesimā: cum non impediatur q̄ exibit in actum: consequens est contra experientiam igitur. Quod sequatur patet: volo q̄ forte sciat omnes conclusiones geometrię: & habitus quem habet appelletur. A. Plato vero solum primam conclusionem geometrię/ & eius habitus appelletur. B. Arguitur sic. A. et. B. habitus sunt omnino eiusdem rationis: sed ratione. A. habitus sortes exit in actum centesimę conclusionis: ergo et Plato: patet: quia cum sint qualitates omnino eiusdem rationis et q̄q perfecta essentialiter vna sicut reliqua: in quodcunq̄ potest vna poterit reliqua patet ex communi regula philosophię: q̄ omes formę eiusdem rationis actiue sic se habent: q̄ qualēcunq̄ effectum vna potest producere: similem in specie altera potest producere. Ideo est vera hęc regula: vt nullā habeat instantiam. Si igitur ille primus habitus sortis potest causare actum respectu centesimę: & habitus platonis. Cum obiectum sit idem: & potentię omnino eiusdem rationis: habitus etiam omino eiusdem rationis sunt: consequēs tamē est falsum. Nam si in perpetuū maneret ille habitus in Platone: & non adisceret illam cētesimam virtute illius habitus nunq̄ habebit actum illius. Ad hoc aliquis dicet/ q̄ illa propositio physica quę assumitur hꝫ verā in formis eiusdē rōnis eque pfectis. Sꝫ contra hoc arguitur sic: vel per formas eque pfectas intelligis eque pfectas essentialr: vel eque pfectas in intentione: nam non videtur quę alia perfectio attendatur. Si loquaris de prima: notum est illos habitus esse eque perfectos. Si vero de. ij. intelligas. Arguit sic. Primo hoc non requiritur patet. Nam calor sit mus: & calor vt quatuor/ & si sint ineque intensi: non tamen potest aliqualē effectum producere calor summus quin similem producat calor vt quattuor: nam licet non possit tantum effectum producere: satis est quod in subiecto proportionato poterit si similem effectum producere secundum suam actiuitatem. Ergo et si illi duo habitus differant in intensione/ cum conclusio centesima sit obiectum eque proportionatū vtriq̄ habitui: & potentię: si aliquem actum potest causare vnus habitus: similem poterit secūdus/ et si non ita intensum/ cōsequens tamen est falsum: quia Plato per illum habitum vt manet/ nunq̄ habebit actū centesimę conclusionis.

¶ Secundo p̄batur q̄ nō debeat intelligi de perfectione intensionis: quia notum est q̄ habitus in Platone circa actus aliarum conclusionū/ quas scit per reiterationem actuum circa illas posset tantum intendi: quousq̄ esset ita perfectus sicut habitus sortis: cum loquaris de perfectione illa quę attenditur penes intensionem. Et tamen illo vato ad huc non haberetur per illum habitum assensus circa centesimam: ergo illi duo habitus non erāt eiusdem rationis. Et per consequens omnium conclusionum non debet assignari vnus habitus.

¶ Forte aliquis aliter diceret vt cōmuniter ab aliquibus dicitur. Quod præter illum habitum vnicum: qui ponitur respectu omnium conclusionum: requiruntur habitus quidam particulares/ pro singulis conclusionibus: qui forte acquiruntur quando fit demonstratio circa particularem conclusionem quācunq̄.

¶ Sed cōtra hoc arguit vel p habitus particulares intelligis habitus scientiales complexos: & sic sequitur contra doctrinam beati Tho. quia ponis i vna scientia plures habitus complexos. Si vero intelligas habitus incomplexos: scilicet species intelligibiles Contra: habitus illi qui sunt species intelligibiles: vel habentur de terminis propositionis demōstratę/ vel de tota propositione demonstrata/ & sine hoc modo sine illo: possibile est sine hoc quod demonstretur conclusio: q̄ habeatur species intelligibilis terminorum/ et rerum significatarum: & totius propositionis. Ergo tunc sine demonstratione conclusionis cum habitibus illis qui sunt species intelligibiles: cum habitu acquisito per primam demonstrationem/ posset quis assentiri centesimę conclusioni: quod est contra experientiam.

¶ Si dicas q̄ illi habit⁹ particulares debēt acquiri per demonstrationem: et quod alias non bene acquiruntur ad hoc quod mediante habitu acquisito per primam assentiamur centesimę.

¶ Cōtra, sequeret q̄ quādocunq̄ essent illi habitus particulares respectu centesimę (quos appellas species intelligibiles) cum habitu acquisito per primam: semper deberem assentiri: vel possem sine demonstratione assentiri centesimę: quia nil videtur deficere: sed cōsequens est falsum/ patet/ pono casum/ quod mihi sit facta demōstratio circa primam conclusionem: et quod sim satis promptus ad assentiendum illi mediante illo habitu: volo etiam quod facta fuisset demonstratio circa centesimam/ & sciuissem illam: & per te cum acquirantur illi habitus: scilicet species intelligibiles volo q̄ tradiderim obliuioni centesimam conclusionem sic q̄ interrogatus de illa existimem nunq̄ talem propositionem audiuisse quod est q̄ possibile/ quo dato sic arguo. Illę species intelligibiles nō corruptę sunt: quia non habent contrarium: nec conseruans deficit. Nec de nicq̄ possunt corrumpi naturaliter secundum communiter philosophantes: vt est q̄ perspicuum. Nam omne accidens quod debet corrumpi/ vel est a contrario: vel propter corruptionem subiecti/ vel propter defectum conseruantis quia non est alius modus: et tamen species intelligibiles non possunt corrumpi primo modo: nec etiam secundo cum mediate subiiciantur in anima. Nec propter tertium/ quia non requirunt obiectum cōseruans/ nec aliud quod desit. Igitur ad huc manēt species intelligibiles respectu cētesimę: & habitus etiam geometrię/ quia adhuc scio primam q̄ facillime vt supposui: & tamen non scio centesimam vt posui in casu: ergo non sufficiebant habitus particulares cum habitu scientię ad assentiendum alicui conclusioni. Ergo male dicitur: q̄ vnicus habitus debet poni pro omnibus conclusionibus eiusdem scientię.

¶ Hoc argumētum sicut deductū est mihi persuadet plurimos hacten⁹ hallucinatos in hac positione beati Tho. et potissime Bartholus castro: qui nuperrime visus est hoc sentire de habitibus particularibus / quod impugnatum est cum deductio procedat propositionibus que non possunt negari secundum communem philosophiam.

¶ Secūdo arguit sic sequeretur q̄ quis haberet scientiam et errorem de eadem cōclusione: consequens est cōtra omnes: ergo et positio/q̄ sequatur: patet: volo quod quis sciens decem propositiones vnius scientię habeat errorem circa vndecimā sic: q̄ firmiter dissentiatur vero: ꝛ quod acquisuerit habitum nimis intensum dissentiendi illi conclusioni. Jam ille habet scientiam et errorem habitualiter/igitur. Quod habeat errorem notum est ex casu: q̄ habeat scientiam sequitur ex opinione: igitur. Nec valet dicere q̄ illud est ingradibus remissis. Nam possibile est vtrumq⁹ illorum habituum esse in summo: igitur.

¶ Forte dicet, vt aliq⁹ placet q̄ in illo casu habetur error in potentia ꝓpinqua: et scientia in potentia remota: ꝛ q̄ hec duo non repugnāt: repugnassent tamen si essent in potentia propinqua ambo.

¶ Cōtra hoc replicatur quęrēdo quid est habitum: qui est scientia esse in potentia propinqua respectu alicuius conclusionis: ꝛ videtur q̄ nil aliud sit q̄ factam fuisse demonstrationem circa illam conclusionem: ꝛ causatum fuisse assensum: vł des mihi quid est scientię habitum esse in potentia propinqua respectu conclusionis. Et re vera nil aliud poteris dicere: quo dato sequitur simul et semel esse habitus contrarios scientię/ꝛ erroris respectu eiusdem conclusionis in potentia propinqua: patet iam existente errore in potentia propinqua: quia loquor de habitu erroneo: volo q̄ fiat demonstratio: ꝛ causetur assensus illius conclusionis: de qua habeo habitum erroneum: qui assensus bene stat cum habitu erroneo: quia secundum cōmuniter loquētes: tam phos q̄ theologos: habitus et actus oppositi bene se compatiuntur: sicut habitus temperantię et actus intemperantię: ꝛ sic de alijs. Igitur iam facta demonstratione: et existente actu assentiendi respectu vndecimę conclusionis: habitus scientię est in potentia propinqua: ꝛ etiam habitus erroneus: vt notum est: et faciliter posset experiri vt ponitur in casu: ergo si positio esset vera: in potentia propinqua habitus oppositi se compatierentur: hoc est impossibile/ergo et opinio.

¶ Tertio arguit sic, si vnitas obiecti formalis esset causa vnitatis scięt̄ię/vel est illa tā specifica: an generica subalterna: an generica generalissima: an vnitas transcendentalis: sed nullum istorum: igitur quod non primum patet. Nam tunc sequeretur q̄ tot essent scientię quot sunt species specialissimę: si vnitas specialissima spem requireretur: nec etiam requiritur secundum: quia etiam sequeretur q̄ tot essent scientię: quot sunt genera subalterna: quod tamen est falsum: nec etiā requiritur vnitas generica generalissima: quia tantum essent decem scientię/ cum tantum sint decem genera generalissima: nec requiritur vnitas transcendentalꝫ: quia tunc non esset nisi vnica scientia: ergo videtur q̄ ad vnitatem scientię non requiritur vnitas obiecti formalis: nam non videtur quę vnitas sit ea: quę ad vnitatem scientię requiritur.

¶ Quarto arguit sic, vnitas obiecti formalis non sufficit ad vnitatē habitus: igitur assertio falsa: patet antecedens/vnitas obiecti formalis non sufficit ad concludendum vnitatem potentię: ergo nec habitus: patet consequentia: quia si eadē ratio cadit sub potentijs diuersis: sequitur q̄ generabuntur diuersi habitus: cum potentię per habitus distinguantur secundum Aristo. ij. de anima. Ergo notum est q̄ si ratio formalꝫ eadem cadit sub diuersis potentijs: q̄ illa non est sufficiens ad cōcludendam vnitatem habitus: sed probatur antecedens q̄ assumitur / sensibile idem et eadem ratio sensibilis formalis cadit sub sensu et intellectu: vt notum est: et tamen potentię distinguntur/ igitur. Si dicas forte q̄ cadit sub intellectu sub ratione intelligibilis: sub sensu vero ratione sensibilis.

¶ Cōtra ducet difficultas de sensibili cōmuni, q̄ de per se sub ratione sensibilis de per se: et vnica ratione formali cadit sub vinuersis sensibus: scilicet sub pluribus sensibus: vt notum est de sensibili communi/ quia ideo est per se sensibile commune: quia vnica ratione cadit sub diuersis sensibus. Item etiam sensibile propium cadit sub sensu communi et particulari: patet de colore.

¶ Cōfirmatur, de eadem cōclusione pertinente ad eādem scientiam habetur scientia: ꝛ opinio scientia et error/ꝛ si respectu diuersorum intellectuum: ergo vnitas formalis obiecti non sufficit ad vnitatem habitus.

¶ Quinto arguit, sequeret q̄ sciētia subalternans et subalternata essent vna scientia: si vnitas rationis formalis attenderetur secundum eadem principia et eādem rationem subiecti attributionis: quod est falsum: patet: conclusiones scientię subalternatę debent probari per principia subalternantis secundum Thom. potissime/quia innitendum est principijs scientię subalternantis ad probandam conclusionem scientię subalternatę. Et etiam scientia subalternata participat rationem subiecti scientię subalternantis cum quadam connotatione adiecta/vt numerus sonorus certum est q̄ participat rationem numeri et est subiectum musicę/et sic sequetur q̄ musica et arithmetica esset vna scientia/posset habere eadem principia probatiua conclusionum / et conuenirent in consideratione subiecti attributionis.

¶ Cōfirmatur secūdum Arist. primo poste. scientia quia et propter quid bene pertinent ad eandem scientiam/ꝛ tamen medis probatiua scientię quia est/quę sunt media demonstrationis quia est/et media probatiua scientię ꝓpter quid: quę sunt media demonstrationis propter quid/ differunt/ ergo diuersitas mediorum non arguit diuersam rationem formalem obiecti/nec diuersos habitus scientiales.

¶ Et cōfirmatur q̄ scientia quia & ꝓpter quid pertineant ad eandem scientiam/cum ex terminis omnino eiusdem scientię fiant ambę demonstrationes.

¶ Pro solutione istorū argumentorū, & aliorum quę possunt multiplicari est notandum primo vt habetur expresse a beato Tho. primo secundę. q. liij. ar. ij. in corpore quęstionis/quod scientia potest augeri dupliciter. Uno modo secundum seipsam per additionem: explicans dicit/sicut cum aliquis plures conclusiones geometrię adiscit. Alio modo dicit augeri scientiam secūdum participationem subiecti per intensionem/pro vt vnus homo expeditꝰ se habet altero/ et clarius in eiusdem conclusionibus considerandis.

¶ Propter hāc diuisionē assignatā a beato Tho. visum est cuidam in suis sententijs in doctrina S. Tho. appime eruditissimo/quod habitus non debet censeri forma adeo simplex/ q̄ non ponātur plures habitus materiales conuenientes in vna ratione formali modo iam explicato: sic scilicet q̄ ꝛ si ratio formalis sit simplex et vnica: habitus tamen complexꝰ: quorū quilibet dicitur scientia multiplicātur secundū numerum conclusionum: salua tamen reuerentia tanti viri: nec ex illa diuisione debebat illud colligi. Nec hoc est doctrina Tho. vt ex pluribus locis eius deduceꝫ. Beatus Tho. eadem. q. ar. j. in fine decisionis. q. ponit hanc diuisionem quod habitus et dispositiones possunt dupliciter intendi. Uno modo secundum se prout dicitur maior secundum q̄ ad plura se extendit: vt scientia dicitur intendi secundū se: quę ad plura se extendit. Altero modo secundum participationem subiecti: quia magis radicatur in subiecto. Ex quo clare habetur: q̄ intendi secundum se habitum/ nil aliud est / quam mediante illo posse in assensum plurium conclusionum: nec intelligebat esse partibilem secundum essentiam.

¶ Et cōfirmatur hoc, ꝑ quodā quod habetur a beato Tho. prima secundę. q. liij. ar. ij. in solutione ad primum vbi clare dicit: quod habitus ꝑm se cōsideratus est forma simplex: ꝛ secūdum hoc non accidit ei diminutio vel augmētatio. Et quę accidit ei diminutio vł augmētatio: mētēlōis est ꝑm diuersam participationē subiecti/vel in hoc q̄ō est extendi ad plura vł pauciora.

¶ Quod autē non sit ex mēte Tho. pone re in vna scientia plures habitus secundum pluralitatem cōclusionum: sic ostendo. Quoniam eandem prima secundę. q. liiij. ar. iiij. in corpore. q. sic inquit: sicut potentia cum sit vna ad multa se extendit secundū quod conueniunt in aliquo vno. id est in generali quadam ratione obiectiua etiam habitus ad multa se extendit secundum q̄ habent ordinem ad aliquod vnum puta ad vnam specialē rationem obiecti: vel vnam naturam: vel vnū primum. Subiungit Tho. si consideremus habitum: secundum ea ad quę se extendit: sic inuenimus in eo quandam multiplicitatem: sed quia multiplicitas illa est ordinata ad aliquod vnum: ad quod principaliter respicit habitus: inde est q̄ habitus est qualitas simplex non cōstituta ex pluribus habitibus: hęc. Tho. ad litteram. Cum igitur in vna scientia vnus habitus sit non constans ex pluribus habitibus: habetur non esse plures habitus secundum Tho. nec materiales in eadem scientia. Nam illud: scilicet ad multa se extendere habitum secundum Tho. non est ad plures habitus: sed conclusiones.

¶ Cōfirmatur hoc euidētius per quoddā expresse contentum apud eundem Tho. prima secundę. q. liiij. ar. iiij. in solutione ad tertium: habet enim sic: qui in aliqua scientia acquirit per demonstrationem scientiam vnius conclusionis: habet quidem habitum sed imperfecte. Cum vero acquirit per aliam demonstrationem scientiam alterius conclusionis: non adgeneratur in eo alius habitus/ sed habitus qui prius fuerat: fit perfectior: vt pote ad plura se extendens: eo q̄ conclusiones vnius scientię et demonstrationes sic ordinatę sunt: ꝛ vna veriuatur et altera: hęc Tho. Ex quibus clare habetur: habitum in sua essentia esse impartibilem: et qualiter intelligitur scientiam intendi secundum se: ꝛ quod in eadem scięt̄ia non sunt plures habitus. Ex quibus infertur hoc correlarium q̄ secundum Tho. aliquem esse habitum perfectum: est illum se extendere ad plura: et esse imperfectum est non se extendere ad multa: vel ille est perfectior qui ad plura: is vero imperfectior qui ad pauciora se extendit.

¶ Vnum tamē valde notādum est, pro intelligenda positione Tho. q̄ in conclusionibus probandis: quę sunt alicuius scientię est ordo in hoc. scilicet q̄ aliqua conclusio probatur immediate ex principijs tam communibus ꝙ propijs. Alia vero ꝓter principia cōmunia et propria requirit alia media magis particularia/sicut est facile experiri apud euclidem conferendo primam conclusionem ad alias: conueniunt etenim omnes in hoc q̄ requirunt principia talꝫ scientię et vltimate habent reduci ad prima principia talis scientię: quia demonstratio ex Aristo. debet procedere ex indemonstrabilibus, i. q̄ tandem fiat resolutio in principia indemonstrabilia. Differunt in hoc attamen: q̄ ad aliquas probandas satis est primis principijs: ad alteras vero probandas requiruntur aliqua alia media: hoc supposito dico. Quod facta demonstratione primę conclusionis euclidis acq̄ritur habitus de se sufficiens ad assentiendum primę. Et sic mediante illo habitu qui est tota essentia geometrię: bene potero assentiri primę. Aliꝰ vero non: quia ꝓter media quę sunt prima: requirunt alia virtute quorum ab illa ratione formali scientię dependent: ꝛ ad eandem habent attributionem et ordinem. Et sic per alias demonstrationes habitus acquisitus extenditur ad alias conclusiōes: quia cum omnes ꝓsupponant prima principia scientię: et ꝓter prima principia scientię requirantur quędam media magis particularia: dicitur ille habitus extendi ad alias conclusiones virtute illorum mediorum superuenientium. Ex sic poterūt hinc colligi duo satis notanda. Primum qualiter habitus quiꝑ probationem primę conclusionis demonstratę in scientia aliqua acquiritur dicitur extendi ad alias per superuenientes demonstrationes. Secundum erit quare habitus qui idem est pro omnibus conclusionibus: sufficit cum intellectu ad assensum vnius conclusionis: et non alterius. Et ex hoc credo videri meo: saluo semper meliori iudicio: potest haberi verus intellectus et doctrinalis vig beati Tho. et poterunt multa plene capi.

¶ Iam accedēdum est ad soluēdum argumenta. Et pro solutione primi: quia visi sumus tetigisse duas solutiones. Possumus primo defendere primam: quę stat in hoc: q̄ et si habitus quem habet fortes sit eiusdem perfectionis cum habitu quem habet Plato: loquendo de perfectione essentiali. Non tamen sunt eiusdem perfectionis loquendo de perfectione: vt tetigimus de mente Tho. in quodam correlario cum vnus se extendat ad multa: alter vero ad vnum. Et hinc est illos non esse eque perfectos isto modo qui requiritur: nec improbationes facię currunt in hoc sensu: patet aduertenti.

¶ Posset etiā negari illa maxima physica quę adducta est: ꝛ adducetur pro instantia. Quod caliditas summa cum causa vniuersali potest producere ignem: ꝛ tamen caliditas vt duo non. Altera instantia posset esse de noticia intuitiua / quę habetur sufficienter intensa de obiecto propinquo: per quam sufficienter possumus iudicare q̄ fortes est: ꝛ tamen per notiam remissiorem illa quę intuitiua etiam est: per magnam distantiam non poterimus iudicare quod fortes sit: vt patet experientia.

¶ Possumus etiā, si libet cōcedere illā maximam physicam: limitando eius sensum. Et diceretur ad saluandam veritatem illius in presenti difficultate sufficere habitum Platonis inclinare ad aliquam conclusionem: quę eiusdem rationis formalis cum centesima: quia ad primam eiusdem scientię inclinat: licet ꝑ tunc non inclinet eā centesimam in potentia propinqua. Et hoc videtur sufficere sicut de notitia Sortis et Platonis quę sunt eiusdem rationis: licet vna non possit representare quodalterā.

¶ Altera solutio tāgebaꝫ de habitib⁹ par

ticularibus. Et vt in argumento deductum est videri meo non est possibile persistere in hoc quod est ponere habitus particulares cōplexos/vt satis ample ostensum est contra id qō videbatur placere cuidam sectatori Tho. nec etiam videt sufficere positio habituum incomplexorum particularium/quos appellant species intelligibiles: pz aduertenti ad efficatiam rationis.

¶ Ideo ad punctū difficultatis q̄ est querere cum idem sit habitus primꝰ ⁊ centesimꝰ vnde estꝙ per illum sufficiem er potero ferri in assensum primꝰ: et non centesimꝰ. Dictum est ad hoc in quodam notabili quod erat vltimum. Ex quo habetur satis clara solutio: quę star in hoc/ꝙ quia sufficienter pma conclusio demonstratur per prima principia: ideo per habitum adquisitum ratione illius demonstrationis sufficienter ferimur in assensum pmꝰ: quia vero centesima preter prima principia quę presupponit requirit quędam media particularia: ad hoc vt extendatur habitus ad illam: ratione illius dependentię quā habent conclusiones ad inuicem in sciri et demonstrari: non satis est habitus acquisitus per primam: sed requiritur cum habitu: quoddam medium particulare ratione cuius ille habitus extenditur ad centesimam: et hoc habetur ex quadam solutione Tho. in vltimo argumento, illi. ar. q. liij. prima secundę.

¶ Pro solutione secūdi argumēti qđ magnam apparentiam videtur habere vt deductum est. Est notandum vnum qō beatus Tho. tangit pma. hu. q. iij. ar. iij. quod aliqñ vnus habitus sufficit ꝓducere habitū: si sit sufficienter fortis/⁊ aliqñ non sufficit: quantūuis fortis sit. Primum contingit: qñ nullum est impedimentum circa talem habitum. Vt si aliquis non haberet dissensum: nec errorem: nec opinionem: sed mere negatiue se haberet circa aliquam conclusionem: non sciendo illam: et si fieret demonstratio: primus actus tunc causaret habitum. Sed si aliquis habeat habitum erroris circa aliquam conclusionem: quātumuis fortis sit demonstratio pmus actus non causabit habitum ꝓpter impedimentum. Hoc premisso dico: ad aliquem habitū scientię esse in potentia ꝓpinqua respectu conclusionis scibilis/non satis est assentiri ei virtute demonstrationis factę: vt probatum est satis sufficienter in deductione argumenti: sed requiritur quoꝺ virtute illius demonstrationis taliter sit dispositus intellectus sine impedimento: quod posset vi illius demōstratiōis causari habitus: ⁊ quia vt ponitur in casu respectu vndecimę conclusionis habetur error in intellectu: ideo non sufficiēter extenditur habitus scientię qui est tam in intellectu respectu illius conclusionis vndecimę: quousq̄ tollatur impedimentum quod est habitus erroris. Et sic quotienscunq̄ vnus actus productus ꝓpter impedimētum circa aliquam conclusionē non sufficit causare habitū quā uis habitus illius scientię sit in intellectu: non erit in potentia ꝓpinqua respectu illius: nec extendetur ad inclinandam potentiā respectu illius quousq̄ remouetur habitus repugnans secundum esse: sm quod repugnat: quia alias oppositę inclinationes essent in intellectu quod est impossibile.

¶ Et si dicas existenti habitu circa primā conclusionem vnius scientię dictum est quod si demonstretur altera conclusio: ꝙ extenditur ille habitus ad illam conclusionem: dicendum ꝙ intelligitur si respectu alterius non sit impedimentum: quod si sit: non requiritur vt iam ostensum est. Semper in his quę vidimus est sermo de habitibus complexis. Nam incomplexis non opponuntur: nec repugnant.

¶ Ad tertium argumentū respondetur ex cōclusione posita in principio: ⁊ ex tertio notabili: quia qualiter sit accipienda vnitas specifica obiecti formalis vel alia: siue diuersitas inde constat.

¶ Ad quartū respōsum est vsq; ad vltimā replicam. Ad quam dicit ꝙ sensibile commune: si cadat sub diuersis sensibus ideo est quia participat diuersas rationes formales/quas habet sensibile quod sentitur si enim magnitudo cadit sub visu ideo est qz participat rationem coloris. Si sub tactu ex eo est: qz participat rationem qualitatis tangibilis / quare tñ dicitur sensibile per se in secundo de anima videbitur.

¶ Ad cōfirmationē in qua habetur de sensibili quod cadit sub sensu particulari et communi. Dicitur quod diuersis rationibus apprehenditur ab illis sensibus. Nam assensu communi apprehenditur quia sensibile est. Et particulari vero quia habet particularē rationē sensibilis. Et sic sunt diuersę rōnes formales.

¶ Ad alteram confirmationē in qua dicitur de eadem conclusione/ de qua habetur scientia et opinio/ potest dici/quod diuersa media probatiua/quorum est probatiuū euidentię/alterum vero opinionis sunt diuersę rationes formales/⁊ sic quamuis conclusio sit eadem/qz media sunt diuersa / ideo sunt diuersę rationes formales/ cum sint probatiua diuersorum assensuum disparatorum/⁊ qz principia prima in quę debet fieri vltimata resolutio mediorum illorum assensuum sunt disparata/ideo et rationes formales sunt diuersę.

¶ Pro solutiōe quinti argumēti in quo tā gitur difficultas quędam posteriozistica de subalternante/quę ⁊ st in libris posteriorum habeat ad plenum videri/ hic tamen quod offertur tangetur pro solutione argumenti. Pro quo dico/ ꝙ ad vnam scientiam alteri subalternari non requiritur principia subalternate probari per principia subalternantis/⁊ si conclusiones subalternę sępe presupponent aliquas conclusiones/vel principia subalternantis. Prima pars sic patet ex Arist. j. posteriorum dicente vnamquāq; scientiam habere sua propria principia/interrogationes propias/⁊ propias responsiones/ sed secundum eandem: principia sunt indemonstrabilia / igitur principia subalternatę non debent demonstrari per subalternantis principia / patet hoc etiam respicienti principia musicę propria/⁊ perspectiuę quę nequeunt probaria priori: sicut nec alia principia aliarum scientiarum. Secunda pars est nota vidienti demonstrationes perspectiuę musicę et astrologię.

¶ Subalternatio igitur in scientijs ꝓprie dictis debet attendi penes hoc/ꝙ subiectum subalternatę addit aliquam connotationem supra subiectum subalternantis / ratione cuius connotationis / scibilia talis scientię habent attributionem ad tale subiectum. sicut musica arithmeticę subalternatur/quia numerus. sonoxus addit connotationem supra numerum/⁊ perspectiua subalternatur geometrię /quia linea visualis addit connotationem supra lineam/et sic contingit in alijs scientijs.

¶ Ad argumētum nunc dicitur, ꝙ cum tā subalternans q̄ subalternata habeant sua propria principia quorū nullum ꝓbatur per reliquū/nō debēt appellari vna scientia ratione medii probatiui. Nam ad id requirebatur esse vnica principia pro ambabus/qđ tamē non datur. Et ratione connotationis quam addit subiectum subalternantis. Alia ratio formalis ex parte scibilis: vel alia ratio subiectiua reperitur in vna: quę non in alia. Propter quę duo et quodlibet seorsum: vna scientia non facit vnum cum alia

Aristo.

¶ Pro solutione cōfirmationis quæ etiam tangit materiam posteriozisticam de demonstratione quia ⁊ propter quid dicendum est. Quod non quęcunq; variatio mediorum est sufficiens ad varīādam rationem formalem obiectiuam: sed illa variatio mediorum quę non resoluūtur in eadem principia: sicut medium causatiuum opinionis: et scientię: vel media pertinentia ad diuersas scientias. Sed demonstratio quia ⁊ propter quid per media eiusdem scientię: cum illa media resoluantur ad eadem principia eiusdem scientię: non variant rationem formalem subiecti: sicut si probaretur lunam esse eclipsabilem in astrologia: a priori et posteriori cum illę probationes reducantur ad eadem principia semper sunt eiusdem scientię. Secus etiam vbi aliqua conclusio a priori probaretur per principia vntus scientię/ et a posteriori per principia alterius scientię. Quemadmodum hęc conclusio vulnera rotfida tardius sanantur q̄ oblonga: si per principia geometrię probetur a priori: et per principia alterius scientię a posteriori / notum est esse diuersas rationes formales ratione principiorum: et sic diuersa obiecta scientialia.

¶ Sexto arguit sic, ex distinctiōe formali obiectorum non concluditur distinctio potentiarum: ergo fundamentum positionis. Tho. falsum: patet antecedens: albedo et nigredo sunt distincta obiecta formalia: ⁊ tamen cadunt de per se sub potentia visiua: igitur quod illa sint distincta obiecta formalia: patet: albedo et nigredo sunt obiecta: non materialia/ ergo formalia: quod non materialia patet. Nam vel per materialia distincta intelligis vt beatus Tho. exemplificat obiecta colorcitatis: vt homo et asinus ⁊c. Et sic albedo et nigredo non sunt obiecta materialia: quia color non est accidens albedinis: sed genus. Si per obiectum materiale intelligas aliquod contentum sub illo: sequitur habitus complexi nullum esse obiectum materiale: cum nil contineatur sub complexo. Nam superioritas vel inferioritas incomplexionem supponit: vt patet ex predicamentis Arist. in quibus incomplexa debent poni quę habent sub et supra.

¶ Hoc argumētum inquirit quid est obiectum materiale et quid formale: ⁊ patet iam ex notabilibus: ꝙ respectu incomplexorum aliter consideratur ratio formalis/⁊ aliter respectu complexorum: ⁊ sic soluitur ratio.

Henricus.

¶ Henricus de gādauo quodlibeto. ix. q. iiij. expresse asserit: ꝙ scientia accipit vnitatem ab vnitate habitus: ⁊ habitus sumit vnitatem ab vnitate rationis formalis quā habent omnes conclusiones conuenientes in vno subiecto attributionis: a quo (inquit ille) secundum Aristo. scientia sumit vnitatem. Dicit enim quod scientia non dicitur vna propter vnitatem realem secundum genus: aut speciem eorum de quibus consideratur: sed propter vnitatem rationis ex modum considerandi circa vnum subiectum: ad quod plura attribuuntur propter vnam rationem formalem considerandi omnibus conuenientem. Dicente philosopho.

Aristo.

ij. poste. vnius in quantum vnum secundum vnam rationem considerandi vna est scientia. Nec sufficit inquit vnitas per aggregationem: alias dicit non esset magis vna geometria: q̄ metaphisica et geometria simul iunctę: quod est contra omnes.

¶ Pro maiori intelligētia supponit secundum istum doctorem quod intensio non fit per gradus ad gradum additionem: quoniā tenet quodlibeto. xv. q. vj. formas accidentales solum numero differentes non posse esse in eodem subiecto. Et soluit rationes in oppositum Tenet etiam quodlibeto. v. q. xvj. per primum actum acquiri totam essentiam: quę postea fiet habitus: ergo ex vno habitu generatur/ et ex pluribus. Ex vno/ scilicet primo simpliciter quo ad rem: quę est tota essentia habitus. Et hoc est ex eius virtute propria. Ex pluribus vero q̄tum ad augmentū vel perfectionē: vt difficulter a subiecto possit removeri.

¶ His premissis quodlibeto nono. q. iiij. habet quod si ordine recto procedamus in scientijs: scilicet quod a principijs incipiamus/ per primum actum principij causatur tota essentia habitus: ⁊ postea perficitur per actus circa alias conclusiones/sic quod per primum actum acquiritur tota essentia habitus scientificus: scilicet sub esse imperfecto: ⁊ postea perficitur per alios actus: ⁊ per hoc quod multiplicentur actus circa alias conclusiones: nil de novo acquiritur quantum ad essentiam habitus: sed intēditur/perficitur/⁊ multiplicatur: non tamen componitur ex pluribus formis partialibus. Illam compositionem realem ponit/quam eam q̄ est ex genere et differentia. Licet ponat quandam compositionem rationis ex gradibus qui pręcesserunt secundum esse imperfectum: qui nunc virtualiter continentur in habitu sub illo esse perfecto. Et quoniam omnes conclusiones conueniunt in vna ratione formali subiecti attributionis: et ille habitus continet illam rationem formalem: ideo scientia cuius ille habitus est: sumit vnitatem ab illo.

¶ Sed notandum est secūdum istum Doctorem ꝙ hꝫ qualitas corporalis acquiratur per ꝓmum actum generationis qualitatis (secundum sum modum dicendi) vt totam realitatem albedinis a primo actu generatiue albedinis produci dicit. Et etiam habitus affectius per primum actum acquiritur secundum totam eius essentiam: ⁊ etiam habitus cognoscitiuus. Tamen hoc interest: ꝙ habitus corporales siue qualitates corporales et habitus affectiui intenduntur per similes actus: habitus vero cognoscitiui per dissimiles. Nec hoc ol stat: cum ille conclusiones per quarum actus dissimiles intenduntur habitus cognoscitiui: conueniant in vna ratione formali: ⁊ sic radicatur et perficitur per actus qui habētur circa alias cōclusiones.

¶ Querit quando aliqua cōclusio de novo scitur/⁊ per illum actum intenditur habitus primo acquisitus per primum actum: vtrum hoc fiat per hoc quod ille habitus aliquid acquirat in se: ⁊ si est aliquid an sit reale vel rationis: respectiuum an absolutum: qō si fuerit absolutum: vel eiusdem rationis vel alterius. Et qualitercunq; dicas non bene sm Henricum: qui non ponit aliquā compositionem in illo habitu: nec ex partibus formalibus eiusdem rationis/nec diuersarum. Si dicas acquiri aliquem respectum in habitu: per quem mediante illo habitu possimus assentiri illi conclusioni. Contra sit argumentum de fundamento et termino illius relationis: et videtur quod ille respectus manebit: quando virtute habitus habentis in se illum respectum non potero assentiri illi conclusioni: patet: fundamentum est essentia habitus: quero de termino vel est illa propositio. Et hoc non/nem et si non sit illa propositio non minus manet ille habitus in potentia propinqua respectu illius. Si forte dicas quod terminus est habitus incomplexus talis propositionis: vel terminorum illius propositionis: quero a te quid per illos habitus incompleros intelligas: et cum non possis aliud intelligere q̄ species intelligibiles: sequeretur ꝙ quādiu esset illa essentia habitus: ⁊ illi habitus incōplexi/ego possem assentiri illi ꝓpositiōi in potētia ꝓ

pinqua: consequens est falsum: quia contingit manere essentiam habitus: & etiam illos habitus/ incōplexos: quos appellant species inteligibilles (vel appellies eos vt libeat) & tamen non recordari de illa propositione: quantum ad eius assensum/ ergo non sufficit ille respectus cum habitu: ergo aliquid aliud debet acquiri: non nisi habitus de nouo: igitur habitus non est incomplexa qualitas: vt dicit Henricus.

¶Hoc argumentū est valde apparēs. Et quęrit quid acquiritur in habitu iam acquisito per primum actum primę conclusionis/ quando aliquam aliam conclusionem scio de nouo: per quod efficitur talem habitum postea inclinare ad assensum talis conclusionis. Dicit enim henricus ꝙ augmentatur: & perficitur per illum actum circa talem cōclusionem: & hoc ex eo quia magis intenditur. Et sic fit ꝙ nunc inclinat ad assensum talis conclusionis: alioqui non inclinaturus/nisi per actum talis cōclusionis magis intēderetur.

¶Sed videt hoc nō satisfacere ad hoc qđ per illum habitū inclinetur aliquis ad assensum talis cōclusionis. Patet: nam stat ꝙ ille habitus maneat sub illo esse perfecto vel perfectioli: & cum non dependeat illud esse pefectum in conseruari a tali actu: sequitur manere illum habitum sub illo esse: & tradidisse oblationi illam conclusionem. Ergo illud non erat satis: ad hoc ꝙ per illum habitum inclinaretur intellectus in potentia propinqua ad assensum talis conclusionis.

Grego. ¶Grego. de arimi. q. iij, prologi recitans opinionē Henrici dicit. Per primum habitum acquiritotam essentiam habitus. Et ꝙ per actus aliarum conclusionum acquiruntur alij: & alij respectus: per quos tendit in illas conclusiones: inclinando potentiam ad actus illarum: & illud videtur tangere Bartholus castrensis in suis predicamentis. Sed in questionibus quodlibetalibus: vbi satis plene ponit mentem suam de vnitate scientię: & de generatione habitus: & de augmento: nil penitus loquitur de acquisitiōe respectuum. Nescio an alibi fecit sermonem de talibus respectibus, aduenientibus habitui. Sed siue eos posuerit siue non volo respondere ad argumentum quod efficaciter procedit contra talem positionem si alicubi tale asseuerat Henricus. Et dico quod ille respectus qui acquiritur per nouum assensum circa aliquam conclusionem fundatur in essentia habitus: & terminatur ad propositionem in esse cognito: cui assentitur. Et cum hoc ponendus est alius respectus ad medium formale vel virtuale probatiuum talis conclusionis. Et quandiu est ille respectus habitus ad medium sufficiens probatiuum formale vel virtuale: tunc sufficienter inclinabit intellectum ad assentiendum cōclusioni. Et quando talis respectus secundum non sit/ non sufficit respectus quo habitus respicit conclusionem: & videtur pro nunc satisfacere hoc quod offertur: cui non placeat impugnet et apponat aliam solutionem.

¶Sed quoniā Henricus vt patet ex locis iam citatis eundem modum intensionis cum beato Tho. habet: & eodem modo loquitur de generatione habitus: & de intensione: & de vnitate habitus: quę debet sumi ab vnitate rationis formalis: videtur quod omnia argumenta quę formātur contra Tho. et formata sunt: possint applicari contra Henricum. Et qui voluerit defendere henricum sine respectibus quos saltim in locis citatis non nominat: per ea quę posuimus pro defendendo. Tho. poterit defendere: et ad illud. s. vnde est quod per habitum sufficienter in potentia pinqua possumus assentiri vni et non alteri/ ex solutione primi argumenti cōtra Tho. patet.

¶Iam absoluēda est quęstio secūdum cō muniter loquentes: pro quo est notandum primo: quod principiorum alicuius scientię: et conclusionum eiusdem: cum habeant diuersos actus: etiam erunt diuersi habitus: si quidem assensus principiorum: est causa assensus conclusionum: ergo tales actus distinguntur sicut causa et effectus: ergo et habitus illorum. Item secundum Arist. primo posteriorum perfectior est notitia principiorum notitia conclusionis: sed nil est perfectius se: ergo distinguntur illi actus: ergo et habitus.

¶Verum est tamē ꝙ secūdum Occam bene est possibile concedere: principiorum et conclusionis posse esse eundem habitum: & ex consequenti eundem actum; vt tenet in prologo.

¶Ponūtur propositiones quarum prima est. Ad vnitatem scientię non requiritur vnitas numeralis habitus: nec specifica. Prima pars probatur: sunt in vna scientia plura principia et plures conclusiones: ergo causantur plures actus et habitus: vt patet ex notabili: igitur. Secunda pars probatur: actus principiorum et conclusionum eiusdem scientię differunt specie: ergo et habitus inde causati. Item sunt varię propositiones differentes in qualitate et quantitate: & varij actus differentes spē/quorum aliqui generant scientiam: alij intellectum: & alij sapientiam: vt patet ex Aristotel. in poste. igitur.

¶Secūda propositio. Non sufficit vnitas generica generalissima habituum ad scientiam vici: & esse vnam. Probatur: nam alias sequeretur ꝙ geometria et philosophia moralis essent vna scientia: cum earum habitus contineantur sub eodem genere generalissimo: nec etiam sufficit quod habitus sint vnum vnitate generis subalterni: nam tunc diuersissimę scientię essent vna: sequela nota est: quia sub prima specie qualitatis ponuntur habitus diuersarum scientiarum: et illa prima species est genus subalternum. A fortiori: nec sufficit vnitas habituum transcendētalis.

¶Tertia propositio/Ad aliquas cōclusiōes siue earum habitus facere vnam scientiam non sufficit vnitas subiecti attributionis: patet. Nam de eodem subiecto attributionis potest haberi scientia opinio: & fides: & certum est illos habitus non facere vnā scientiam: cum ad nullam vnam pertineant illi tres diuersissimi habitus.

¶Quarta propositio. Ad aliquas cōclusiones facere vnam scientiam eo modo quo loquebatur de vnitate scientię Aristote. j. poste. & .x. iij. meta. requiritur quod habeant ordinem illarum subiecta ad aliquod per se vnum: quod sit subiectum attributionis: et quod omnes tales conclusiones sint resolubiles ad eadem principia prima: ex quibus mediate vel immediate sufficienter tales conclusiones deducant. Probatur hęc propositio: quoniam aliqua vnitas requiritur ad scientiam vnam: non aliqua dictarum: vt notum est: ergo hęc vnitas sufficiet. Nam Aristo. primo posteriorum habet quod vna scientia est ea quę est vnius generis subiecti. Appellant vnius gnis subiecti: quarū subiecta ab eis fim vnam cōem rōnē/ vt cōceptū secundum ꝙ se analogiā ad aliquod vnum considerantur: quod sic probatur. Nam idem philosophus in. iij. meta. inquit. Non solum eorum quę secundum vnum dictorum: est vnius scientię speculari: sed et dictorum ad vnam naturam. Super quo verbo Commentator: res enim quę habēt vnā scientiam non tantum sunt quarū subiectū est vnū spē: aut genere dicto vniuoce: sed quarū esse attribuitur vni fini/ aut vni agenti/ aut vni subiecto. Quod autem requiratur in scientia vna considerare subiectū sub eadem ratione/

Aristo.

Comen.

patet/ nam physica et geometria: licet considerent de magnitudine/ quia non sub eadem rationem/ ideo non sunt vna scientia. Nam philosophus considerat circa magnitudinem passiones entis naturalis vt naturale est/ vt abunde docet Aristotel. ij. physi. & j. de anima. et. vj. meta.

Aristo. ¶Quod autē requiritur ad scientię vnitatem conclusiones reduci ad eadem principia prima patet. Quia secundum philosophum. j. posteriorum/ oportet principia scientię esse vnigenea per se subiecto eiusdem/ oportet (inquit ipse) in eodem esse genere ijs quę demonstrantur. Item probatur ratione: quarum cunqꝫ scientiarum sunt alia et alia principia prima genere: illę sunt alię et alię scientię: ergo opus est conclusiones vnius scientię conuenire in principijs primis: et in qua debet fieri vltimata resolutio. Notanter dicitur hoc: quia non requiritur principia proxima & immediata esse eadem: vt patet scienti euclidem eo quod proxima et immediata medijs demonstratiua diuersarum conclusionem sunt diuersa. Antecedens probatur primę consequentię Arist. primo poste. qui sic habet scientia est altera ab altera/ quarumcunqꝫ principia/ nec ex eisdem/ nec ex alterutris/ neqꝫ ex seinuicem sunt. Concluditur ergo/ quod ex eo aliqua scientia est vna/ quia omnes conclusiones habent ordinem et attributionem ad vnum per se subiectum attributionis/ secundū eandem et communem rationem eis. Et ꝙ omnes tales resoluuntur in eadem principia prima.

¶Ex quo sequit correlarium ꝙ illi habitus constituunt vnam et eādem scientiam/ qui inclinant ad conclusiones isto modo assignato se habentes.

¶Ad qstionē nunc patet respōsio, quod scilicet logica/ est vna scientia secundum omnes illos tres modos/ vt patet volenti applicare vnumquemqꝫ ad questionem.

¶Respondere ad argumēta quæ formabātur in principio questionis secundum vnumquemqꝫ modum facile est/ cum non sit amplius immorandum in hac questione quam prolixius instituto distuli.

¶Questio quarta.

¶Vtrum dialetica sit habitus scientificus.

TARGVITur quod non. Non est habitus/ ergo non est habitus scientificus. Patet antecedens/ nullus debet poni habitus igitur/ patet/ non in potentia mere naturali/ quia illa nen est habitabilis. Nec in potentia sensitiua: patet secundum Commentatorem. iij. de anima: habitus est quo vtimur quando volumus/ sed in sensu non est libertas: ergo nec habitus. Nec in potentia intellectiua est ponendus/ probo Actus notitię intuitiuę non causant habitum: ergo nec

Comen.

alij actus. Item respectu primorum principiorum per se notorū non ponitur habitus/ ergo nec respectu aliarum propositionum. Hec duo antecedentia patent/ quia nullus sentit se promptiorem post assiduos actus tam respectu obiecti/ de quo habetur notitia intuitiua/ quam respectu per se notę propositionis/ igitur.

¶Secundo sic arguit si dialetica esset habitus: vel esset vnus vel plures/ non secundum/ quia tunc non esset vna scientia/ cuius oppositum decisum fuit in tertia questione prohęmiali. Nec potest dici ꝙ vnus/ patet/ ex distinctis actibus et specie differentibus debent causari habitus specie differētes/ cum vnus habitus non possit inclinare ad habitus differentes specie. Ergo necessario debent poni plures/ & sic non erit dialectica vna scientia.

¶Tertio arguitur, habitꝰ scientificꝰ debet causari ex actibus scientię: scire debet causari per demonstrationem: demonstratio ex necessarijs vniuersalibus. Sed in dialectica non sunt hęc vniuersalia necessaria: patet/ logica constat ex illis quę constant ad placitum: & vbi variantur sententię secundum auctorū varietatem. Ergo nil necessarium habetur et diffinitum ad concludendum conclusionem aliquam scientificam. Ergo non potest haberi habitus scientificus igitur. In contrarium est communis consensus logicorum igitur.

¶In hac questione primo videbit de diffinitione habitus: secundo mouebuntur aliqua dubia. Vltimo respondebimus ad questionem.

¶Habitus est qualitas absoluta alicui potētię inhęrens: derelicta ab actu vel actibus illius potentię: inclinans eandem ad producendos similes actus eis ex quibus genita est.

¶Dicitur in diffinitiōe, qualitas, ad excludendam positionem Guillelmi Parisiensis tenentis non esse ponēdos habitus acquisitos bonos: nec scientificos: licet bene pravos. Et assignans rationem inquit ꝙ deus quando creauit animam primi parentis creauit promptissimam ad exeundum in actus bonos et scientificos: & postea eius inobedientia meruit in pęnam peccati talem promptitudinem esse sopitam: nec excitari nisi labore et exercitio. Et sic quando queritur ab eo cum aliquis se exercuit circa aliquam scientiam/ vel circa aliquid scibile: vnde est quod sentit se promptiorem. inquit hic: non ex eo quod acquiratur aliqua qualitas: sed eo quod corrumpitur impedimentum quod datum fuerat in pęnam quo corrupto circa talem conclusionem sentit se promptum: habitus tamen pravos bene asserit esse acquisitos/ et esse qualitates/ quia aliquis reperit se promptiorem vno tempore ad actus malos: & hoc non est ex inclinatione naturali: quia in oppositum erat inclinatio naturalis: ergo opus est ponere qualitatem quandam acquisitam: quę appellatur habitus: quicquid probabiliratis hęc positio habeat: non videtur conformis nec doctrinę Aristotel. nec veritati theologicę: nec communi modo concipiendi. Et ostenditur quod non cohęreat hoc secundum de habitibus vitiosis: cum eo ꝙ primo asserit. Nam si in pęnam peccati datum: est peccatum originale: in quo acquiritur fomes ratione cuius est labefacta omnis caro ex quo acquisita est mala inclinatio ab ineunte ętate/ sequitur superfluere qualitatem acquisitam: quanto magis quod antequam eliciantur actus mali sumus inclinati ad eos eliciendos. Cum habeatur in sacro canone, Geneseos octauo, sensus et co-

Guillelmus Parisiensis

Genesis.

gitatio humani cordis ab adolescentia prona sunt ad malum. Si igitur per actus bonos excitatur inclinatio naturalis q̄ sopita erat: sic per malos excitatur et ea cum qua nascimur: et sic si pro bonis non ponitur habitus: nec pro malis.

¶ Impbatur tamē pma pars in qua asserit tur per hoc q̄ aliquis habituatur nil noui acquiri: ꝫ solum remoueri impedimenta. Et arguitur sic: vel est vni cum impedimentū pro omnibus scibilibus: vel ꝓ quolibet scibili est distinctū impedimentū. Non primum: qz tunc sequeret quod quādiu esset quis habituatus circa vnum scibile: esset habituatus circa omnia scibilia: qō clare est falsum. Si dicas qō respectu cuiuslibet scibil' est distinctum impedimētū: ergo cū scibilia sint infinita et: illa impedimenta sint qualitates absolute: seq̄retur qō in quolibet hoie essent infinita entia absoluta distincta quod tamen est contra omnē veritatm et satis absonū.

¶ Nec etiam apparet verū quod aliquib⁹ placet: q̄ secluſa fide nō cogimur ponere aliquem habitum. Notanter dicitur secluſa fide: quia fidem spem et charitatē infusas/fide tenemus esse ponēdas. Patet assumptum. s. q̄ nō sit verum nō cogi ad ponendum habitus acq̄sitos. Primo cōmuni auctoritate philosophorum et theologorū: et ꝓbatur ratione. Non videtur posse saluari ꝓ quid vno tēpore aliquis sit facilitatus ad aliquid ad quod nō antea: nisi ponatur qualitas aliqua acquisita. Probatur: nā si aliquo modo posset saluari maxime dicendo ꝓ taliter se habere: sed hoc nō. Nam cum sit res indiuisibilis aīa: inimagin abile est illud taliter se habere. Si dicas q̄ resultat illud taliter se hꝺe ex hoc q̄ pluries intellerit aliquā rem. Seq̄retur qō nunquā aliquis semel habituatus posset desinere esse habituatus: quia si sufficit habuisse plures actus cum illud semel ponitur: non potest non fuisse positum: et sic sequitur semp esse habituatū. Nec videtur qualiter possit itelligi hoc aliter se habere: nam qualitercunq; detur vel deducetur falsum vel non poterit reperiri.

¶ Reliquę diffinitiōis particulę fiēt notæ ex ūs quę in vubūs tangentur: et etiam in sequentibus.

¶ Primū dubiū, q̄ potētia est habitualis.

¶ Secūdū, vtrū habit⁹ possit ex vno actu causari: vel requirantur plures actus.

¶ Tertiū, vtrū quicunq; actus potētię habituabilis causare possit habitum.

¶ Quartum, vtrū habit⁹ possit inclinare ad actus specie differentes.

¶ Quintū, vtrum habitus possint corrūpi per solam cessationem ab actibus

¶ Sextum, vtrum habittrus contrarii sint compossibiles.

¶ Septimū, vtrū habitus cōcurrat cū potentia ad productionem actus.

¶ Pro solutiōe horū dubiorū est notādū q̄ hoc vocabulum habitus cū accipiatur multipliciter: scz ꝓ dispositione corporali de difficili mobili a subiecto disponente ad bene vel male se habendū: et pro specie intelligibili vel sensibili: in p̄sentiarum accipitur pro qualitate acquisita ex aliquo actu vel actibus disponente potentiam ad aliquid producendum simile illi a quo causabatur.

¶ Ad primū dubiū respōdetur, q̄ illa potentia dicitur habituabilis: q̄ de se est indifferēs ad opposita: vel sic indifferens: q̄ omnibus necessario requisitis ad productionem illius non necessario agit. Exemplum primi: potentia in qua est actus temperātię: est habituabilis: quia est indifferens ad oppositū. Exemplum secundi: voluntas licet secundū cōmunionem possit nō possit habere nolitionem felicitatis: et summi boni sub tali ratione appēnsi: non tamen necessitatur apprehenso summo bono statim appetere. Nam potest suspendere actum licet nō possit in cōtrarium. Et hoc est quod dicit beatus Tho. q̄ voluntas licet necessitetur quantū ad specificationem actus: non tamen quātum ad exercitium: et cū tali necessitate bene se cōpatitur libertas sufficiens ad meritum. Ex quo habetur quod potentia mere naturalis non est habituabilis.

¶ Et si arguas cōtra hoc, qa tunc seq̄retur quod in itellectu non esset ponendus habitus p̄incipiorū: ex eo quod intellectus sic est determinatus in illorum assensum: q̄ non potest fieri in oppositum: et positis omnibus requisitis necessario habetur assensus: sed consequens est falsum: quia Arist. habitū principiorum enumerat inter habitus intellectuales et appellat eum intellectum.

¶ Ad hoc potest respōderi, q̄ q̄dam sunt pricipia ꝓ se nota. et quod respectu illorū nō est ponēdus habitus: nec aliquis prōptius assentitur vno tempore quā alio: nec talium dixit Arist. esse habitum qui appellatur intellectus: quia solum est earū ꝓpositionū quę possunt esse p̄missę in demonstratione ꝓpter quid et potissima. Modo q̄ notum est propositiones ꝓ se notas non posse esse p̄missas demōstrationis: patet scientinaturam demōstrationis. Alia sunt pncipia non ꝓse nota: sed ꝓ experientiam vel inductionem nota: et de talibus possumus habere habitum: et de ūs dicebat Aristo. quod illorum habitus appellatur intellectus: quia talia bene sunt premissę demonstrationis.

¶ Hinc habet q̄ ꝓprie in intellectu & voluntate reperitur habitus: cum de natura habitus sit qō subiacear voluntati vel eo: cum fm Arist. habitibus vtimur qū volumus: et secundum commentatorem.

¶ Et si q̄rat aliqs, vtrū in potētiis sensitiuis debeant poni habitus. Ad hoc respōdetur secundū Tho. p̄ma secūdę. q. i. ar. iij. q̄ vires sensitiuę possunt cōsiderari vno modo secundum q̄ operatur instinctu quodam naturali: et sic debent cōsiderari tanq̄ potentię merę naturales: et sic in eis non reperitur habitus: sicut nec in potentia mere naturali.

¶ Alio modo dicūtur vires sensitiuę operari imperio voluntatis vel rationis. Et sic cum ad diuersa ordinari possunt: in eis possunt aliqui habitus reperiri quibus bene aut male ad aliquid disponuntur.

¶ Et si cōtra hoc arguas, qa etiā vires nutritiuę possent habituari: quia imperio rationis possunt assuefieri ad vigerendum multum vel paucū: ptz de ijs qui sunt assuefacti ad multum comedendum.

¶ Ad hoc dicitur ꝓ nūc q̄quid sit de eo quod assūmitur: quia in libris de anima et de generatione debet videri. Quod secundum Tho. vires sensitiuę sunt habituabiles: quia sunt natę obedire rationi vel imperio: et vires nutritiuę non. Et addit Thomas. quod magis ꝓprie in appetitiuis sensitiuis: q̄ in cognoscitiuis est habitus.

¶ Sed cōtra hoc arguitur, qa tūc seq̄retur quod in brutis non essent ponēdi habitus. Patz sequela. quia non operantur ex imperio rationis. Consequens est falsum. Nam communiter dicitur bruta assuefieri ad multa hominū industria: q̄ non fecissent nisi assuefacta fuissent. Patet de quibusdā canibus alemanorū: vel aliis animalibus. Et iā secundū Augusti. li. lxxxiij. q̄stionum videmus immanissimas bestias: a maximis voluptatibus abstinere dolorū metu: qō cū in earū cōsuetudinem vertitur: domitę et māsuetę vocantur.

Augustin⁹.

¶ Ad hoc dicit' secūdū Tho. q̄ & si acqratur talis assuefactio non proprie dicitur habitus: qz deficit vsus rationis: quātū ad hoc: q̄ nō habēt ōnū vtendi vel non vtendi: qōdicitur ad rationē habitus pertinere.

¶ Colligitur tandē ex hoc dubio q̄ nulla potentia mere naturalis est habituabilis. Nec potētia q̄ non est rationalis: vel q̄non regitur imperio rationis nulla talis est proprie habituabilis.

Occam.

¶ Occā in. iii. q. x. ponit habitū in volūtate: et in intellectu: et appetitu sensitiuo: et potētia sensitiua cognoscitiua: vide motiua ibidem.

¶ Ad secūdū dubiū respōdetur distinguēdo. Nam vel in potentia erat habitus cōtrarius vel non. Si sic/ cōmuniter respōdetur: q̄ actus nil causat de habitu: sicut si aliquis esset habituatus habito temperantię: primus actus intemperantię non causaret habitū: si autem aliq̄d faciat: remittit habitum causando dispositionem contrariam illi habitui.

¶ Si vero act⁹ nō reperiat habitū contrarium: communiter tenetur: q̄ quilibet actus producit habitū ꝓpter duas rationes. Prima est quotiescūq; aliq̄s agens in passo dispositio: potest ꝓducere aliquē effectū agens minoris actiuitatis in passo dispositio ꝓportionato: poterit aliquid ꝓducere ꝓportionabiliter. Sed act⁹ multū intensus: in intellectu non disposito habitu cōtrario potest ꝓducere habitū: ergo actus min⁹ intensus in intellectu similiter disposito: poterit aliquid habitus ꝓducere. Et sic quilibet actus poterit illo modo ꝓducere habitum proporcionabiliter ad suā actiuitatem.

¶ Secunda ratio est, Quādocūq; fūt duo agentia eiusdem speciei solum differentia secundū intensum et remissum: si aliquid potest magis intēsum: etiam aliquid poterit minus intensum: ergo si act⁹ multū intēsus potest aliquid habitus ꝓducere: et minus intēsus poterit aliquid etiā habitus ꝓducere. Verum est q̄ tā remissus potest esse ille actus: q̄ illa qualitas q̄ produceret nō appellabitur habitus ꝓprie: cū debeat esse difficiliter mobilis a subiecto.

¶ Et si quis arguat cōtra hoc fundamētū assumptum: quod notitia intuitiua sufficienter intēsa poterit per aliquā distantiam causare iudicium affirmatiuū: quod res est et tū si sit magis remissa per illā distātiā non poterit aliquod iudiciū affirmatiuū causare: qō res sit vt constat experientia: igitur.

¶ Ad hoc dicit' dimissis aliis solutionib⁹ q̄ cōmuniter adhibentur q̄ forte non satis faciunt/ qō illa maxima intelligitur dū modo agens minus intensum: ponatur in moderata distātia et respectu passi sibi ꝓportionati. Modo si notitia intuitiua remissa poneretur in moderata distantia: respectu obiectiui/co q̄ causaret iudicium q̄ is remissum de existentia obiecti.

Tho.

¶ Secūdū tamē doctorē. s. p̄ma. ii. q. lii. ar. iij. respōdetur ad dubium supposito vno: q̄ ad hoc q̄ aliqua qualitas causetur in passiuo: oportet q̄ actiuū tota liter vincat passiuū. Et notat posse produci habitus primo in potentiis appetitiuis: et respectu talium dicit qō cum ratio sit primum actiuum cansandi habitum: q̄ non sufficit vnicus actus ad habitus productionē: quia non vincitur potentia apetitiua totaliter vnica ratione: cum diuersimode se habeat ad multa: et respiciantur plures circunstantię. In potentiis apprehensiuis notat duplex passiuum. Primum est intellectus possibilis. Aliud est intellectus quem Arist. vocat passiuum: qui est ratio particularis. i. vis cogitatiua cum memorattiua et imaginatiua. Primum reperitur in parte intellectiua. Secundum vero in parte sensitiua. Respectu igitur primi passiui: potest esse aliquod actiuū: quod vno actu totaliter vicit potentiā sui passiui: sicut videmus q̄ vna propositio per se nota connicit intellectum ad assentiendū firmiter illi/ quod non facit propositio probabilis. Unde habetur: qō ex multis actibus rationis: oportet causari habitum opi Aristo. natiuū: etiā ex parte intellectus possibilis. Habitū autē scientię: possibile est causari ex vno actu rationis: quantū ad intellectum possibilē: sed quantū ad inferiores vires apprehensiuas: necessariū est eosdem actus pluries reiterari: vt aliquid firmiter memorię imprimatur. Unde ꝓbus in ca. de memoria et reminiscentia dicit. Quod meditatio cōfirmat memoriam. Habitus vero corporales: possibile est causari ex vno actu si actiuū fuerit magnę virtutis. Sicut aliqñ medicina fortis statim inducit sanitatem. Ex his soluitur dubium.

¶ Pro solutiōe ultii dubii. Primo videndū est. Vtrum notitia intuitiua causet habitū. Et licet Grego. Grego. de arimino in primo sententiarū. dist. iij. dicat: ex notitia intuitiua vere linqui habitualem quandam notitiam: non tamen appellat illā ꝓprie habitū. Primum: quia solum inclinat ad actus differentes specie a notitia intuitiua: scilicet ad cognoscendum aliquid cognitione abstractiua: vel cognitione complexa includente cognitionem abstractiuam.

¶ Secundū ꝓpter quod talē notitiā habitualem non appellat proprie habitū est. Quia de ratione habitus est: q̄ cum voluntate possit producere actum. Modo ista qualitas habitualis: cum sola voluntate nō est sufficiens ad exeundum in actum: quia dicit Grego. requiri imaginem: vel speciem alicuius rei quę simul debet concurrere cum illa notitia habituali ad exeundum in aliquē actū: quod nō requiritur in aliis habitibus. Et vt ista plenius intelligantur recensendum est: quod ibidem Gregorius tāgit de speciebus quę de relinquuntur in fantasia: ad quas terminatur notitia abstractiua: quia illa cognoscuntur duplici notitia vna incomplexa vt in quęstione prima dictum est: qua virtualiter cognoscitur esse imago. Alia qua cognoscitur formaliter esse imago et hęc complexa: et alterius rationis a prima. Et mouet quęstionem Grego. Cum ad idem obiectum immediate terminantur: vnde sumitur illa distinctio specifica: Respō det qō prima notitia/ solum causatur ab imagine rei se Damasce. cunda vero/ ab imagine rei simul cum quadam notitia habituali/ quę derelicta fuit ex notitia intuitiua. Et arguit contra se. Notitia intuitiua non causat habitum. Dicit' verum esse productiuum similium actum/ a quibus producebatur. Sed q̄ talis notitia habitualis de beat poni ad cognoscendum imaginem esse alicuius imaginem/ hoc non potest negari.

¶ Occā vero in. xiiij. q. diuersimode sentit circa hanc difficultatem. Nam in solutione ad quoddam septimum argumentum habet. Quod tā respectu complexi/ q̄ respectu incomplexi/ ponitur habitus. Et potest haberi ex hoc fundamento/ scz. Quādo aliquis sentit se magis prōptum circa aliq̄d intelligendū/ siue complexum/ siue incōplexum q̄ ante/ aliqua qualitas acquiritur/ q̄ appellatur habit⁹. Ex qd nominis habit⁹. Tenēdo vnum qō ipse tenet/ vt visum est in quęstione prima

scilicet quod notitia abstractiua est simul cum intuitiua: et q ex illa abstractiua causatur habitus: postea inclinans ad similes notitias abstractiuas. Dicunt etiam notitiam intuitiuam non causare habitum: quia ille causatur ab abstractiua: et quia de ratione habitus est inclinare ad similes: et ille habitus non inclinat nisi ad dissimiles actus notitię intuitiuę: ideo non ponitur habitus respectu intuitiuę.

¶ Aliter dicit in eadē quęstione. Quodqa minus inconueniens reputatur habitum intuitiue inclinare ad abstractiuam que intuitiua imperfecta appellatur: quia representat rem concernendo differentiam temporis: quam q cum abstractiua sit simul intuitiua: ideo dicit intuitiuam causare habitum: et hoc modo dicendo parum differt a Brego. Verum est quod cum non concurrat ad similes actus producendos cum volumus in absentia obiecti quod requiritur ad propę esse habitum: quia de ratione habitus est vti eo quando volumus in absentia obiecti: ideo non est propie habitus.

Scotus. ¶ Scotꝰ in tertia distintione decima quarta quęstione tertia tenet etiam notitiam quandā intuitiuam causare notitiam habitualem etsi imperfectā qua in absentia inclinatur potentia ad actus notitię intuitiuę imperfectos. Eo modo sentit de intuitiua impfecta: sicut Occam uti uidimus in quęstione prima: ubi agebat de notitia intuitiua secundum Scotum.

¶ Videtur tamē esse respondendū ad dubium per hanc conclusionem. Omnis actus alicuius potentię siue respectu completi/ siue respectu incompleti potest vel est aptus natus producere habitum: si potentia talis post multos actus sufficienter intensos reperiat se promptiorem ad similes actus specie in absentia obiecti.

¶ Ex quo infertur, q actꝰ potētię mere naturales non possunt causare habitum.

¶ Segtur secūdo, q actꝰ propositionis p se notę vel quę ex solis terminis est nota: non potest causare habitum.

¶ Tertio segtur q nullus actꝰ notitiæ intuitiuę potest causare habitum. Omnia hęc patent ex conclusione: ex eadē constat liquido qui actus possunt causare habitum.

¶ Cōtra hoc quod dictū est de notitia intuitiua: q non producit habitum propie est argumentū Si quis pluries viderit imaginē variegatam multis coloribus: et vbi statuarius vel cęlator multas diuersitates apposuerit: et deniq in omni obiecto vbi multa et varia possunt considerari. Notū est q ille qui pluries viderit talem imaginem: facilius/ promptius / et expeditius poterit postea intueri et explicare subtilitates talis picturę: et hoc non nisi ratione habitus acquisiti ex notitia intuitiua ergo notitia intuitiua causat habitum.

¶ Ad hoc argumentū, quod aliquibus videtur concludere: apparet dicendū quod aliquis si pluries vidit aliquā imaginē varijs coloribus depictā: sciet ex rememoratione eorū quę primo vidit in illam imaginem expedite inuenire colores varios: immo expeditius q alter: et alias subtilitates quę repiunt in tali imagine: hoc nō ppter habitū: sed propter recordationē eorum que viderat ratione specierum derelictarum. Nec tamen ideo aliquid expeditius intuetur nisi q ante: vbi cętera sint paria ex parte aduertētię: et obiecti et dispositionis mediꝰ et moderatę distantię.

¶ Ad quartū dubiū si loquamur secūdū Scotum/ Brego. et Occam vt ostensum est in dubio precedenti: ponendo qualitatem illam habitualem causaram ex notitia intuitiua: non est dubiū nisi q si talis notitia dicatur habitꝰ: q habitus inclinat ad actꝰ differentes specie. Et constat de illa qualitate habituali. Scotus. Brego. Occam.

¶ Quia tamen Occā videtur declinare ad hoc. s. notitia intuitiua non causat habitum: sed quędam abstractiua quę est simul cum intuitiua causare dicitur habitū. Ideo tenet in. iij. q. xj. quod habitus immediate non inclinat ad actus differētes specie ab eis licet bene mediate: et pro plena huius intelligentia est supponendum vnum quod tenet in prologo et alijs locis suę doctrinę: quod nunꝯ aliquis habitus inclinat ad actus alterius habitus: nisi mediante actu proprio ad quem primo inclinat. Ex quo habetur q si habitus przmissarum inclinat ad actus conclusionis: ideo est: quia primo inclinat ad actum przmissarum: qui postea cum intellectu causat assensus conclusionis et facilius quam ante: et sic immediate solum concurrit ad similes actus/ mediate vero ad differentes specie: quia assensus przmissarum et conclusionis differunt specie. Occam.

¶ Hoc przmisso ponit hęc cōclusio, qđ habitus nunꝯ concurrit immediate nisi ad actus eiusdem speciei: quę conclusio sic potest probari. Nunꝯ habitus concurrit ad actus: nisi sint intensiui habitus vel possunt reddere habitum intensiorem: sed actus differentes specie non possunt producere qualitatem eiusdē speciei cum habitu quem precedentes actus produxerunt: quia cum sint causę differentes specie debent producere effectus differentes specie: igitur habitus debet immediate concurrere solum ad actus eiusdem speciei: licet mediate concurrat ad differentes specie ut iam ostensum est: bene tamen concedit Occam eundem habitum in parte sensitiua inclinare posse ad actus meritorios et demeritorios uiciosos et virtuosos: sed non obstat hocꝯ dictę conclusioni.

¶ Cōtra hoc multiplicātur argumēta Primo quod habitꝰ przmissarum quarum vna est affirmatiua et altera negatiua inclinant ad assensum conclusionis qui differt specie ab assensu alterius przmissę: igitur Etiam habitus apprehensiuę inclinat ad actum iudicatiuę: et tamen illi actus. s. apprehensiui tantum et iudicatiui differunt specie: igitur. Ad hęc et similia posset dici q solum concludit q mediate concurrit ad actus differētes specie non autem immediate.

¶ Solent etiā formari rationes, de habitu causato in przsentia obiecti ab actu amandi: qui appellatur amor complacentię et tamen inclinat potētiam in absentia obiecti: ad amorem desiderij: quia feruentius et intensius amamus rem: quam primo amauimꝰ in przsentia: postea in absentia: quam ante quam illam amauissemus: igitur habitus immediate inclinat ad actus differentes specie.

¶ Ad hoc dicitur q q̄tiescunq; illi actus differentes specie terminantur ad idem obiectum/ non est inconueniens eundem habitum inclinare ad actus differentes specię. Esset tamen inconueniens: si terminarentur immediate ad diuersa obiecta.

¶ Etiam fit argumētū de habitu causato a notitia intuitiua: quia inclinat potentiam ad notitiam abstractiuam: quę intuitiua imperfecta ab aliquibꝰ appellatur: et tamen illę differūt specie: igitur. Ad hoc etiā dicitur: quod non est inconueniens cum illi actus ad eādem rem terminentur. Illi qui hoc non concedent aliter responderent: ideo ex dictis poterit secundū varios modos dicendi adhiberi solutio.

¶ Aliqui qui tenerēt ppositiones de przterito et futuro vel przsenti: ex eisdem extremis compositas esse eiusdem speciei/ et etiam suos actus aliter dicerent: quod habitus inclinans potentiam adiudicandum sortem fuisse: est eiusdem rationis cum illo quo iudicabamus sortem esse.

¶ Pro solutiōe quinti dubij est notandū, quod aliquid corrumpi contingit tripliciter. Primo aliquid corrumpitur per se ad positionem causę contrarię: et hoc formaliter vel virtualiter. Formaliter vt caliditas frigiditati contrariatur. Virtualiter aliquid cōtrariatur alteri: quando potest effectum contrarium illi producere licet cum illo se compatiatur: vt habitui intemperantię actus virtualiter contrariatur: licet se compatiatur: etiam aqua caliditati virtualiter contrariatur/ propter eandem rationem. Secundo modo aliquid corrumpitur per accidens ad corruptionem subiecti: et hoc modo corrumpuntur sensationes brutorum ad corruptionem brutorum: et etiam phantasmata quę in nobis sunt/ corrumpuntur ad corruptionem spirituum animalium. Tertio modo etiam aliquid corrumpitur de per accidens: propter defectum causę conseruantis: sicut lumen corrumpitur ad remotionem luminosi: et notitia intuitiua ad remotionem obiecti.

Aliaco. ¶ Positio est Petri de Aliaco, in libro suo de anima: quod habitus possunt corrumpi per solam cessationem ab actibus: et fundamentum eius est: quod licet omnia alia entia a deo naturaliter appetant permanere: non tamen possunt sine conseruante: verū est alia citius corrumpi/ alia tardius sine conseruante: vt experientia monstrat. Et etiam Aristote. ostendit. ij. ethico. habitus morales esse permanentiores disciplinis: etsi arguas contra hoc/ omne quod generatur ab alio generatur: ergo omne quod corrumpitur ab alio debet corrumpi: quia omne quod mouetur ab alio debet moueri/ ergo habitus non solum corrumpitur propter solam cessationem. Ad hoc dicitur q sicut absentia nautę/ est causa submersionis nauis: sic cessatio ab actibꝰ est causa corruptionis habitus: et hoc confirmatur per Aristote. iij. phys. dicentem quod in motu grauis deorsum prius detenti sursum/ est aliquod mouens per accidens. s. remouens prohibens: sic id quod remouet actus quibus producebatur et conseruatur habitus est causa corruptionis q̄us ve per accidens. Et sic saluatur omne quod mouetur. ꝛc. Aristo.

Tho. ¶ Beatꝰ Tho. prima secūdę. q. liij, dicit qđ habitus non possunt corrumpi per se: sed solum per accidens puta per cessationem/ in quantum ex illa ponitur actus contrarius. Cessatio enim permittit actum contrarium: quem non permitteret non cessatio: nec corrumpitur ad destitionem conseruantis/ quia non dependent a conseruante nisi in produci/ et non in conseruari. Et sic concludit Tho. quod habitus quicunq; debet corrumpi corrumpitur a suo contrario vel per destitionem alicuius necessario requisiti ad eius conseruationem.

¶ Ex quo infertur secundū istum modū dicendi: quod habitus incompleti et habitus primorum principiorum/ et habitus qui causatur ex volitione qua volo beatitudinem sunt incorruptibiles/ quia non possumus habere actus contrarios ad actus illorum habituum.

¶ Videtur tamen dicendū pro solutione huius quinti dubii: quod habitus vel est complexus vel incomplexus: si incomplexus/ vt species sensibilis vel intelligibilis ponitur prima propositio. Si est in subiecto corruptibili est corruptibilis: si vero non requirit conseruans et est in subiecto incorruptibili: dico habitum incomplexum esse incorruptibilem. Secunda propositio si est complexus habitus: est distinguendum/ vel actus ex quibus producuntur possunt habere actus contrarios in potentia/ vel non: q si sic est corruptibilis habitus: si vero non: et sit in subiecto incorruptibili: dico talem habitum esse incorruptibilem quod si sit in subiecto corruptibili: dico esse corruptibilem.

¶ Sed cōtra hanc resolutionem formatur apparens argumentum: sequeretur q si aliquis primo habuit habitum apprehensiue in intellectu: q ille nunꝯ traderet obliuioni apprehensionem illius: quia non habet contrarium actus apprehensiui. Item sequeretur quod si habui habitum assentiendi alicui conclusioni: et nunꝯ habuissem actus contrarios quod nunꝯ traderē obliuioni quod est contra experientiam. Etiam sequeretur quod si primo haberem speciem intelligibilem per quam possem cognoscere aliquam rem qō nunꝯ traderem obliuioni talem rem: patet quia illa species est incorruptibilis.

¶ Ad hæc oia simul posset dici, qvltra habitum siue complexum siue incomplexum: qui requiritur ad exeundum in actum requiritur aliquid aliud: pro isto statu dum anima est coniuncta corpori: tenens se ex parte sensitiua ad memorandum/ quia memorari pertinet partim ad vim sensitiuam: et illud vel est phantasma/ vel aliquid se tenens ex parte sensus inhęrens phantasmati: scilicet aliqua qualitas corporalis: et quia illa potest corrumpi: et si habitus non corrumpantur. Hinc habetur non semper illos habitus enumeratos facere potentiam exire in actum: sed tradere illa obliuioni de quibus habetur habitus.

¶ Cōtra hoc ē fortis replica, respectu isensibilis possumus habere habitum et speciem intelligibilem: et cum illa non cadat sub sensu non debet poni phantasma aliquod: nec qualitas corporalis ad hoc qō de illis insensibilibus debeamus recordari: ergo saltim insensibilia semel intellecta: non possent tradi obliuioni.

¶ Ad hoc est dicēdū de necessitate, vt inqt Petrus de Aliaco in suo libro de anima. Quod actus intelligendi aliquod intelligibile non sensibile: causat in parte sensitiua memorariua aliquam qualitatem vel intentionem quę supplet vicem phantasmatis: ad hoc quod postea possim recordari: vt illius mouentis intellectum simul cum specie intelligibili: alias non recordaturus: quia recordari quando anima est coniuncta corpori: concernit partem sensitiuam. Vnde requirit adiumentum vt possim intelligere memorariue: Aliaco.

Ad sextum dubium respondetur per aliquas propositiones,

¶ Prima sit q habitꝰ & actus oppositi, bene se compatiuntur: sicut habitus temperantię et actus intemperantię. Habitus opinionis et actus scientię: bene se compatiuntur. Appellantur isti actus et habitus oppositi: dato q se compatiantur/ quia actus est corruptiuus habitus causati, ab actu illi actui contrario.

¶ Secūda ppositio quam pbabiliter pono: quia sępe mihi visa est vera: licet forte non cōcessa ab omnibus: quod habitus scientię non ppatitur secū actū

opinionis: respectu eiusdem conclusionis. Nec habitus fidei: actum opinionis. Nec habitus scientie: actum fidei. Et pro probatione suppono: quod si habitus est sufficienter intensus: ad hoc quod illo sufficienter potentia possit exire in actum: quod non opus est nisi recordari de tali propositione et velle illi assentiri. Sed sic argumentor. Si aliquis est habituatus habitu scientie circa aliquam conclusionem: et alius adducat mihi rationem topicam: qua velit probare illam propositionē ducet me in recordationem talis propositionis: et etiam inducet animum vt assentiatur tali propositioni: ergo habitus scientie sufficienter mouebit ad procedendum actum: et non impedietur. Patet: quia vt latius videbitur in posterioribus/ causa que est fortioris assensus productiua fortior est altera: igitur preualebit habitus in potentia taliter se habenti rationi probabili. Nec valet: si dicas actum fortius mouere habitū: quoniam hoc intelligitur: quod per solum habitum potentia non est in actu intelligendi sicut per actum. Nihilominus si respectu eiusdem conclusionis applicentur habitus scientie et ratio probabilis: dico non produci nisi actum scientie. Et sic potest dici de aliis.

¶ Tertia ꝓpositio sit, ꝙ habitꝰ nō sunt incompossibiles ex eo ꝙ inclinent ad actus contrarios vel repugnantes. Patet: quia stat duos habitus esse in eadem potentia: ⁊ tamen illos inclinare ad actus incompossibiles. Patet si quis habeat fidem infusam de aliqua conclusione: ⁊ postea acquirat scientiam ⁊ habitum scientificum: per hoc non perditur habitus infusus. Ja ille habitus infusus: erit simul cum habitu acquisito: tamen vnus inclinat in actus fidei ex sua natura: et alter in actus scientie: nec hoc inconuenit: quia habitus infusus non facit exire in actum sine acquisito: vel motiuo aliquo inducente in assensum fidei: acquisitus tamen sufficienter intensus: sic.

¶ Quarta ꝓpositio, habitꝰ acquisiti desse sufficientes cum potentia exire in similes actus a quibus producuntur: si inclinent in actus contrarios sunt incompatibiles. Patet: quia alias sequeretur ꝙ quis simul haberet tendentias repugnantes: quod tamē est falsum et repugnans. Et iam sequeretur simul posse reperiri assensus contrarios vel repugnantes: quod est contra communem animi conceptionem. Cum hoc tamen stat. a. actum esse incompatibilem. b. ⁊ c. actibus simul sumptis: ⁊ habitum. a. esse compatibilem habitibus. b. ⁊ c. actuum simul sumptis.

Duran.

¶ Secūdum tamen Durādum, qui videt sentire scientiam et opinionem se posse compati in eodem intellectu respectu eiusdem conclusionis: ponitur aliquę propositiones.

¶ Pria ꝓpositio, ꝙ si sciētia & opinio cōsiderentur ex parte conclusionis: ⁊ scientia sit habitus conclusionis necessarię/ quam estimat non posse aliter se habere: et opinio sic diffiniatur. Est habitus conclusionis quam estimat aliter posse se habere/ impossibile est respectu eiusdem conclusionis: aliquem habere scientiam et opinionem: quia iam aliquis haberet estimationes repugnantes. Et in hoc sensu intelligit Trist. primo poste. quod non contingit aliquem simul scire et opinari eandem conclusionem.

¶ Secūda ꝓpositio sit, Quod si ꝙs habeat duo media ad probandam aliquam conclusionem/ et sint distincta: ⁊ ambo estimentur necessaria: vnum tamen in rei veritate sit contingens: iam assensus qui producetur a medio necessario erit scire. Et habitus inde causatus scientia. Et tamen assensus causatus a medio contingenti: quod estimatur necessarium erit opinari. Nam non est error: quia non de falso. Nec fides nec scientia: ⁊ est assensus: ergo non est aliud quam opinari. Et habitus inde generatus erit opinio: quia non videtur quis alter habitus intellectualis censeatur. Et sic diffiniendo opinionem. Est assensus causatus per medium contingens existimatum necessarium. Certum est scientiam et opinionem posse haberi de eadem conclusione.

¶ Tertia propositio sit, Quod si respectu eiusdē conclusionis applicentur in eodē intellectu duo media: quorum vnum sit necessarium et estimatum tale: alterum sit contingens: et tale estimatum: licet per se seorsum applicata ad producendos diuersos assensus non se possent compati/ ex prima propositione propter estimationes repugnantes: bene tamen sunt compatibilia ad producendum vnum assensum: qui erit scientia: ⁊ hoc sic persuadetur licet vnum medium non possit esse simul multum illuminatum: et remisse illuminatum: bene tamen duo luminosa: quorum alterum est magnum vt sol: et alterum parum/ vt astrum: possunt causare vnum magnum lumen: ⁊ multum intense illuminare medium/ licet seorsum non possent illa luminosa simul intense et remisse illuminare medium: quia esset repugnantia. Sic dicendum est: quod licet assensus duorum mediorum: quorum alterum est necessarium: et alterum contigens: non possint se compati Tamen illa media simul sumpta: possunt applicari ad producendum vnum assensum clarum: qui partialiter causabitur e medio contingenti simul et necessario. Licet assensus magis clarus: ⁊ minus clarus: respectu eiusdem conclusionis: non se possint compati. Subiungit etiam Durandus: ꝙ obscurum et clarum in lumine non accipiuntur priuatiue nec etiam in assensibus: sed differunt secundum magis perfectum/ ⁊ minus. Non propter oppositionem priuatiuiet positiui: sed propter imperfectionem et perfectionem causę. Sic: ꝙ causa q̄ se sola poterit producere assensum obscurum: idest nō ita clarum: postea admixtione causę necessarię: potest producere effectum clarum. Licet partialiter. Et sic cum actus qui sunt scientia et opinio in hoc sensu se cōpatiuntur respectu eiusdem conclusionis loquendo de applicatione mediorum: habetur quod in hoc sensu etiā habitus scientię et opinionis se compatiuntur.

Duran.

¶ Ad septimū dubium cōmuniter solet dici ꝙ habitus concurrit ad productionem actus effectiue: postquam productus est hac ratione. Illudꝰ posito aliis circunscriptis ponitur actio: ⁊ quo remoto aliis positis remouetur actio est causa actionis. Sed post productionem actus in absentia obiecti: virtute habitus sequitur actio aliis remotis. Et si non ponatur habitus: quamuis alia ponantur in absentia obiecti non causabitur actus: ergo habitui est tribuenda actio respectu actus. Siue loquamur de complexo siue incomplexo vt est facile exemplificari.

¶ Secūdum tamen Durādum, habet habitum non concurrere effectiue ad productionē actus. Sed solum debere poni: vt potentia sit magis facilitata. Et ratione potentię debet poni habitus: secundum eum. Et. s. sit magis facilitata: non vt per illum exeat in actum. Sic quod concurrat effectiue ad actus productionem.

Duran.

¶ Restat respōdere ad quæstionem in qua querebatur. Vtrum dialectica sit habitus scientificus. Ad quod dicitur ꝙ accipiendo dialecticē pro habitu assentiendi cōclusioni dialecticę/ ⁊ non pro tota collectiōe

habituum dialecticorum est videndum: an ille habitus sit causatus ex actibus scientificis opinatiuis: vel creditiuis: ⁊ secundum quod ex ijs vel illis causetur/ facilis est responsio. Vtrum autem omnes isti habitus faciūt vnum: et qualiter faciant vnum: in tertia questione est ostensum.

¶ Notandū est pro declaratione cuiusdā dicti Aristo. in libris ethicorum. Quinq; sunt habitus intellectuales/ quibus non contingit falso assentiri: qō triplices habitus possunt in mente reperiri. Quidam sunt: quibus possumus indifferenter assentiri vero et falso. Sicut sunt habitus: qui habentur de propositione contingenti. Alij sunt quibus non contingit assentiri vero vt habitus erroris: quidam quibꝰ soli vero/ vt sunt habitus de quibus. Arist. dicit in libris ethi. Mā vel habetur de conclusione scibili et demonstrata: ⁊ sic ille habitus dicitur scientia. De quo Aristo. j. poste. Vel habetur de principijs demonstratiōis propter quid et potissime: ⁊ sic dicitur intellectus. Vel de tota demonstratione: ⁊ sic dicitur sapientia. Si habetur de contingentibus agibilibus dicitur prudentia. Sic circa factibilia dicitur ars. In presenti agibilia dicuntur ea que cessante cessante operatione agētis: ⁊ non transeunt vltra in materiam exteriorem. Et sunt volitiones et intellectiones. Factibilia vero quę non cessant cessante operatione: sed in exteriorem transeunt materiam: de quibus sunt omnes artes mechanicę.

¶ Potest etiā difficultari de inclinatione habitus. An distinguatur ab habitu. Et videtur quod distinguatur. Nam alias sequeretur: ꝙ habitus inclinaret dormientem ad exeundum in actum: ꝙ est falsum. Si dicas ꝙ distinguitur: ergo sequitur ꝙ aliquis actus debet aduenire habitui: ad hoc vt inclinet. Et sic inclinatio magis deberet atribui actui: ꝙ habitui.

¶ Ad hoc breuiter respōdetur distinguēdo. Vel inclinatio dicit actionem/ ⁊ productionem actus: et sic inclinatio non dicit ipsum habitum absolute: sed connotando ipsum agere: ⁊ concurrere effectiue actualiter ad productionem actus. Et sic non dicitur inclinatio in dormientibus. Alio modo inclinatio dicit aliquam rem quę est apta nata/ ⁊ potest aliquid efficere: vel patī: licet actualiter non agat vel partiatur/ vt materia prima: hoc modo respectu formę (qua caret) dicitur inclinatio. Et hoc pacto in dormientibus bene inclinat in hoc secundo sensu. Et in diffinitione habitus/ inclinare hoc secundo modo debet intelligi/ quia alias alicui competeret diffinitum et non diffinitio. Si plura vis videre de his inclinationibus vide Occam in. iij. q. iiij.

Occam

¶ Pro cōplemēto huius quæstionis est dicendum/ quod logica accipitur tripliciter. s. pro logica naturali/ artificiali/ ⁊ vsuali. Logica naturalis/ est intellectus creatus/ aptus natus diuidere: diffinire/ argumentari/ discurrere/ verum a falso discernere/ ignotum ex notitia deducere. Et hoc pacto quilibet vel rusticus habet logicam naturalem. Dicitur intellectus: quia et si appareat canes venaticos insequentes leporem: peruenientes ad bivium syllogizare: non syllogizant. Et placet Tho. quia nec formant actus syncathegorematicos requisitos ad consequentias. Licet in superioribus vidimus secundum Brego. non esse multum syllogizare ex singularibus. Et diceretur conformiter ad diffinitionem assignatam. Quod ⁊ si videantur syllogizare illud non est nisi quadam naturali inclinatione tenendo contra Brego.

¶ Et si dicas, Quod secundū Auicenā ex speciebus sensatis: elicit insentas species inimicitię vt odij ouis videndo lupum: dicitur ꝙ illud non est syllogizando: sed quod cum in mente ouis imprimitur similitudo lupi: naturaliter propter naturalem repugnantiam inter complexiones et naturas talium animalium: causatur in appetitu ipsius ouis inclinatio ad fugiendum illud tanquam nociuum: quia taliter apprehensum et sub tali ratione. Nec est opus dicere: cognoscere sensum: et inimicitiam lupi: quia non cadit sub sensu. Sed sufficit ex tali cognitione: haberi in appetitu fugam ad vitandum illud cognitum: vel apprehensum: nociuum fugnaturg. Auicena

¶ Logica artificialis, est sciētia ꝓcedēs ex principijs logicis: per discursum syllogisticum diuersas conclusiones logicas demonstratiue inferens. Et ista est scientia conueniens et acquisita arte. Et alio vocabulo potest appellari docens/ in quātum per illam docemur diffinire/ diuidere/ et argumentari in qualibet scientia.

¶ Logica vsualis, est habitꝰ ꝺeclinās ex frequenti vsu et exercitio ad diffiniendum: diuidendum: et argumentandum. Et dicitur vsus: quia postquam summus exercitati et habituati hac dialectica qua expedite argumentemur: diffinimus et diuidimus in qualibet scientia.

¶ Restat respōdere ad argumenta, quæ in principio quęstionis formabantur. Ad primum patet responsio satis aperta ex diffinitione dubitoum.

¶ Ad secundū dicit, ꝙ logica potest accipi vel pro aggregato ex omnibus habitibus logicalibꝰ/ et sic non est vnus nisi per aggregationem vel attributionem vt alibi dictū est. Vel accipitur pro habitu vnius conclusionis: et patet manifesta responsio.

¶ Ad tertiū dicitur. Quod etiā in logica sunt propositiones necessarię/ ex quibus possunt concludi propositiones scibiles scientiales. Licet plurime sint contingentes. Et licet logica sit de contingentibus prime intentionaliter: est tamen de propositionibus necessarijs.

¶ Questio quinta.

¶ Vtrum logica est practica an speculatiua.

TARGVItur primo ꝙ sit practica: omnis scientia directiua praxis est practica: logica est directiua praxis: ergo est practica. Maior supponitur. Probatur minor. Logica dirigit operationes intellectus: et aliq̄ potest esse praxis: igitur. Patet minor: omnis operatio imperata a voluntate: est praxis: aliqua operatio intellectus est imperata a voluntate. Patet quia voluntas potest imperare vt argumentemur: vel contemplemur de veritate alicuius propositionis: igitur.

¶Secūdo sic, logica ordinatur ad omnes alias sciētias. Pro quāto in alijs fiant argumētationes: inquiratur veritas: igitur est practica: cum ordinetur in exercitamenta: z operationum aliarum scientiarum.

¶In oppositū sic arguitur, oīis scientia cuius finis est veritas: est speculativa/ logica sic se habet: ergo est speculativa.

¶In hac quæstione primo videbitur qd requiritur ad aliquam notitiam esse practicam. Secundo respondebitur ad quæstionem. Notitia practica est illa quę dirigit in praxin: ideo est videndum de praxi.

Scotus. ¶Secundū Scotum praxis est operatio alterius potentię ab intellectu / naturaliter posteriꝰ intellectione: nata conformiter elici rationi rectę: ad hoc vt sit recta. Ex hac diffinitione habentur tres conditiones requisitę ad praxin secundum Scotum. Prima. Quod sit alterius potentię ab intellectu. Et probatur dicto Aristo. iij. de anima. Intellectus sola extensione fit practicus/ sed in suis operationibus non est extensio: quia extendere est extra se tendere. Et sic ex hoc concludit primam conditionem. Secunda est ꝙ sit potesteriꝰ intellectione. Quia illud quod debet dirigi ab intellectu rationabile est quod sequatur actionem intellectus. Igitur tertia conditio est quod eliciatur cōformiter ad rectam rationem: vt recta sit etvocatur praxis.

¶Notādū est qđ notitia practica duplicē habet respectum aptitudinalem ad praxin. Primus est priꝰitatis naturalis. ſ. quod notitia practica debet esse priꝰ praxi. Secunda est conformitatis. ſ. ꝙ talis sit directiva praxis. Et sic omnis talis notitia complexa: quę sic se habet respectu praxis: dicetur practica Nota ꝙ ille secundus respectus: stat in hoc. Quod talis praxis sit conformis illi notitię practicę. Et notitia illa dicitur practica: quia ordinans in praxin. Exemplum: vt iudicium quo iudicamus deum esse summa veneratione colendum est iudicium practicum. Quilibet tñ cultus/ est operatio mediante qua deus colitur: conformiter ad illud dictamen. Et vocatur praxis.

¶Pro defendēda hac positione est aduertēda hęc distinctio. ſ. ꝙ praxis accipitur tripliciter ꝓpriſsime vt diffinita est. Altero modo pro operatione quę est in libertate operantis. Tertio modo communiſsime pro quacunq; operatione.

¶Notādum est ꝙ speculatio est opatio intellectus complexa propositionalis: ad nil aliud ꝓ ad intellectionem ordinata. Vt assensus huius: omnis triangulus habet tres angulos ęquales duobus rectis.

¶Sequit idem iudiciū posse esse speculativum simpliciter: practicum tamen mediate. Quia cum alio concludit notitiam practicam: vt hęc deus est summum bonum: per se est speculativa. In hoc tamen syllogiſmo quodam modo est practica. Omne summum bonum est summe diligendū: deus est summū bonū: ergo deus est summe diligendus. Conclusio est notitia practica: vt constat ex dictis.

¶Secundū tamē nominales imitātes Eustratium. Praxis est hominis secūdum electionem operatio. Et sic habitus practicus: dicitur a notitia practica a qua causatur: z ad quam inclinat. Et notitia practica ꝓprie ideo dicitur: quia formaliter est directiva praxis. Et quilibet talis est complexa: dictās qualiter: vel per quę aliquid est agendum: vel aliquid simile: et ostenditur per Aristo. vj. ethi. dicentem. Quod ad hoc vt electio sit studiosa oportet rationem esse veram, appetitum rectum. Et eadem secundum rationem hanc dicere. Hunc vero. ſ. appetitum prosequi. Hęc est igitur veritas: ꝙ mens practica: quę enunciat: z dicit hoc vel illud esse agendum.

¶Cōfirmaꝯ hoc idem quod dictū est, de notitia practica per Auicenam. Prima doctrina cap. primo. Vbi diuidens medicinam in theoricam et practicam ꝓprie sumptas et ostendens q̄ ꝓprie sit theorica: quę vero practica sit inquit. Cum dicimus de medicina: quod eius est theorica: et eius practica non est estimandum: ꝙ velimus dicere: ꝙ vna diuisionum medicinę scire: et altera operari/ quemadmodum multi hunc locum perscrutantes estimant. Sed illud quod volumus vel intendimus est aliud. Et est ꝙ neutra illarum diuisionum medicinę est nisi scientia. Ex quo patet ꝙ tam speculativa ꝙ practica est scientia: subiungit/ per theoricam vero ipsius medicinę significamus: quod est scientia tantum. Et quando eam sciuerimus: sententiam tantum acquiremus. Per sententiam intelligit certam scientiam secundum eum sexto naturalium. Ita ꝙ in qualitatis operationis declaratione: nos non mittemus. Idest ꝙ ista theorica siue speculativa: est scientia tantum. Et solum facit nos scire et acquirere scientiam. Non docet autem immediate equalitatem aut modum operandi. Sed solum scimus has veritates: quę aliquo modo sunt principia practicę medicinę. Et ponens exemplum in quit. Sicut dicit in medicina: quod genera febrium sunt tria. Et quod cōplexiones sunt quatuor. Certum est per has immediate non doceri operari sanitatem: nec quid aliud formaliter vt patet. Auicena.

¶Et subiūgens inquit per practicā ipsius scilicet medecinę: volumus vel intelligimus non operationem in effectu: neq; laborem motionem corporearū: idest per practicam non debemus intelligere exercitium aut executionem exteriorꝭ operationis/ sicut quidam opinatur: sed ipsa est vere scientia: z per eam iuuamur et dirigimur in qualitatem operationis i. qualiter z quo modo debemus operari. Et dans exemplum inquit: sicut dicimus in medicina ꝙ apostematibus calidis adhibenda sunt quę repellant: z infrigident et inspissent: et postea resoluentibus repellenda temperanda. Et hęc propositio est practica: quia ostendit et dirigit in qualitatem operationis: hec Auicena.

¶Ex his claret, ꝙ notitia ꝓprie practica, est illa quę est formaliter praxis directiva. Et huiusmodi est tantum notitia complexa enūcians qualiter aut ꝓ quę aut quando: et sic de alijs circūstantijs sit agendū.

¶Ad quæstionem respondetur per duas conclusiones.

¶Prima est, secūdum Scotū affirmādum est logicam esse pure speculativam: quia non dirigit in aliquam operationem quę sit praxis: quia solum dirigit in operationes intellectus: et nulla talis est praxis ꝓpriſsime loquendo.

¶Secunda cōclusio, secūdum Occam, & alios nominales. Logica est partim practica: ptim speculativa. Nam aliqua pars eius dirigit in operationes quę possunt esse praxis. Et pars illa quę determinat de argumentatione quibus constituenda sit: et qualiter in aliꝰ artibus vtendum ea aliqua vero pars logicę est de assensu conclusionum pure speculativarum. Et liber predicabilium et predicamentorum.

¶Ad argumenta facilis patet via ad respondendum,

¶Quęstio sexta.

¶Vtrum logica sit de secundis intentionibus.

TARGVITVR primo ꝙ non: scōm Aristo. in metaphy. logicus et metaphysicus circa idem versantur: sed meta. non considerat de secundis intentionibus: cum metaphysica sit scientia realis: ergo nec logicus.

¶Secūdo sic arguitur: subiectum logicę non est secunda intentio: ergo logica non est de secundis intentionibus. Consequentia est bona: sed patet antecedens. Secunda intentio secundū Scotum: est ens rationis. Sed ens rationis non est diffinibile quiditative: quia nullam quiditatem habet: ergo nil est demonstrabile de illo. Probo consequentiam. Quia demonstrationis medium debet esse diffinitio quiditativa: et sic nulla erit demōstratio in logica: quod tamen est falsum cum sit scientia.

¶Tertio arguitur sic. Logicꝰ cōsiderat de dicibilibus omnibus reponibilibus in predicamentis: sed omnia decem genera generalissima: sunt termini primę intentionis vt notum est: ergo logica est de primis intentionibus.

¶In oppositū est cōmunis opinio philosophorum/ et logicorum astruentium logicam esse sermocinalem scientiam/ et Auicena in sua metaphysica/ logica est de secūdis intentionibus adiunctis primis igit.

¶In hac quæstione aperiēt materia de secūdis intentionibus secundum triplicem viam/ z postea adhibebitur solutio quæstioni.

¶Pro opinione Scoti præmittēda sunt aliqua. Primum/ ꝙ ens prima diuisione diuiditur in ens reale et ens rationis. Et hęc est diuisio analogi i sua analogata. Ex eo ꝙ ens solum dicit entitatem/ quę habet esse seclusa operatione intellectus. Quia cum ens sit subiectum metaphysicę/ et metaphysica sit scientia realis/ sequitur ens solum debere importare ens reale/ et sic ens rationis non est ens/ sed ens rationis/ ideo est diuisio analogi in sua analogata.

¶Ens reale est ensquod potest habere esse seclusa operatione intellectus/ vel est subiectiue in intellectu. Ultima particula ponitur propter notitias habitus et species.

¶Et sic ens reale: diuidit in ens reale finitum/ z ens reale infinitum. Ens reale finitum/ in ens reale per se et ens reale per accidens. Ens reale finitum per se/ est generalissimum predicamenti substantię. Ens reale finitum per accidens/ descendit in nouem generalissima predicamentorum accidentium. Et sic ens reale descendit in decem predicamenta/ quę appellantur realia/ z primarum intentionum ab Scoto.

¶Ens vero rationis accipit dupliciter, vno modo pro illo quod habet esse obiectiuum/ siue sit prius illo actu/ siue simul. Prima particula ponitur/ propter illud quod primo cognoscebatur intuitiue/ postea abstractiue/ quia quando abstractiue cognoscitur/ vt sic est ens rationis. Loquor de abstractiua distincta. Secunda particula ponitur propter esse: quod habet antichristus in intellectu: nam non est prius. Cum tantum sit obiectum terminatiuū/ et non prius actu intelligendi.

¶Secūdo modo accipit ens rationis pro relatione rationis. Et diffinitur sic: est habitudo obiecti cogniti ad se vel ad aliud resultans ex operatione simplici vel collativa: potentię cognitiuę: vel potentiam cognitiuam presupponentis/ hoc vltimum additur pro operatione potentię appetiuę/ vel volitiuę. Et sic sicut in obiecto cognito: sic in volito resultat relatio rationis. Per simplicem noticiam intelligo cognitionem incomplexam: per collativam intelligo complexam: vel noticiam cōparativam: qua vnum cōparatur ad aliud vtcunq;.

¶Notādū est vltra. Quod si resultet aliqua relatio rationis facta cōparatione intellectus/ sub ꝓ preter a logica: vel grammatica: vel rethorica: illa talis relatio rationis/ dicitur secunda intentio. Et sic secunda intentio omnis: est relatio rationis non tamen econtra.

¶Quoniā autē secunda intentio præsupponit primam: quia rem illam circa quam talis operatio intellectus debet fieri. Videndum est/ quid sit prima intentio. Prima intentio/ est obiectum cognitum ab ipso intellectu: siue tantum habeat esse obiectiuum/ siue ꝓter obiectiuum aliud esse habeat. Et sic res ipsa cognita/ primo fundat relationem quandam rationis/ cui primo incomplexe attingatur/ et postea facta collatione qua cognoscitur complexe/ sub aliqua proprietate logica/ resultat alia relatio rationis/ quę appellatur secunda intentio. Sicut si intellectus cognoscat humanitatem/ nil considerando circa illam/ solum in humanitate resultet relatio rationis/ quę non est secunda intentio. Et humanitas est prima intentio/ quia apta nata fundare secundam intentionem. Si vero fiat hęc comparatio intellectꝰ circa illam/ scilicz qđ cōsideretur cōmunicabilis pluribꝰ numero differētibus: sic resultat relatio rationis quę est secunda intētio: ꝓpter rationem assignatā. Et sic appellabitur spēs. Et sic spēs quod est vocabulū secūdę intentionis/ supponit pro humanitate: cōnotando quod actualiter fundet secundam intentionem. Nec est inconueniens: aliqđ predicari de humanitate: quod non est tantum humanitas: denominatiue. Et sic hęc est vera humanitas est species denominatiue. Ex hoc infertur Quod ad hoc ꝙ resultet secūda intentio: requiritur cōplexa actio: z operatio intellectus: nec sufficit incōplexa. Secundo sequitur/ ꝙ solus logicus non habet considerare omnes secundas intentiones: quia grammaticus et rector: etiam habent considerare suas secundas intentiones. Tertio sequitur: quod dictum Auicenę. Auicena. Logica est de secundis intentionibus adiūctis primis. Sic est intelligendum. Quod principalis consideratio logici: est circa secundas intentiones: necconsiderat primas: nisi quatenus requiruntur: ad fundandum secundas intentiones. Quarto sequitur: ꝙ vna secunda intentio potest esse fundamentum alterius secundę intentionis. Patet si fiat aliqua comparatio pertinens ad logicum/ vel rhetorem/ vel grammaticum/ circa illam secundam intentionem.

¶Pro plena tamē intelligētia, est aduertēdum. Quod secundum Scotum: genera z species debēt esse composita methaphisice: saltim de his quę sub genere ponuntur intelligendo. In secundis intentionibus z si non reperiatur ꝓprie compositio methaphisice: vt notum est. Attamen imaginari debemus: suo modo in secundis intentionibus: esse individua. Et postea operatione intellectus: propteres ꝙ suo modo aliqualiter

comeniunt:imaginamur resultare quandam secundam intentionem illis communicabilem:que censebitur species specialissima.Et postea resultabit generica vsq; ad genus generalissimum deueniendo. Et sic suo modo sunt genera et species ⁊ individua.Et dices secundum Scotum q̄ suo modo sunt differentię contrahentes: et compositiones suo modo:⁊ denię passiones demonstrabiles suo modo: per medium quod est diffinitio quiditatiua subiecti attributionis.Nam alias de syllogismo q̄ est vocabulum secundę intentionis:nil esset demonstrabile: scīm quod dicit secundam intentionem: quod est falsum.Quia cum logica sit vere scientia plura sunt demonstrabilia de suo subiecto:et de alijs secundis intentionibus suo modo.Alioqui nulla esset vere scibilis conclusio in logica.Et sic non esset scientia : quod tamē est contra Scotum:⁊ contra omnes cōmuniter loquentes. Et si queras vnde est: q̄ Scotus appellat: syllogismum esse subiectum attributionis in logica: et etiam sequaces eius.Dicitur: q̄ quia virtualiter continet omnes veritates pertinentes ad logicam.Sic q̄ nullatenus potest fundari secunda intentio syllogismi: nisi prędia sit cognitio incomplexorum:⁊ propositionum:⁊ aliorū: que presupponuntur ad cognitionem syllogismi:⁊ eius qō est resultare secundam intentionem syllogismi.

¶ Quęreret aliq̄s, relatio illa quæ consurgit inter obiectum vt cognitum notitia intuitiua et id per quod cognoscitur: cum non possit reperiri secundū Scotum:vt visum est in prima quęstione: nisi respectu obiecti presentis vt patuit ex declaratione notitię intuitiuę secūdum eum:an debeat appellari rationis.Quidam dicit:quod illa est relatio rationis:et quod terminatur ad obiectum:prout est cognoscibile.Sed vt patet ex ijs que citauimus ex Scoto:ex quolibeto.xiij. in decisione illius difficultatis de notitia intuitiua:⁊ de relationibus que reperiuntur in illa notitia est dicendum: q̄ illa relatio non terminatur ad obiectum:vt cognoscibile tantum.Sed quatenus est presens in ratione obiecti.Et sic inquit Scotus: illam relationem non esse mere realem: nec proprie rationis.Sicut est illa que est contradictorij ad contradictorium: vel vniuersalis ad singulare.De his in predicamento relationis.Vtrum relatio rationis possit cognosci propria secundū Scotum.Dico q̄ non: ex eo q̄ non intuitive vel abstractiue. Quia non ens: non cognoscitur per abstractiuam propriam:nec per intuitiuam.Si aliquo modo cognoscit/ cognoscitur cognitione abstractiua impropria:et ex cōsequenti eo.s.q̄ extrema cognoscuntur taliter relata:⁊ non possunt taliter cognosci quin quodam modo relatio cognoscatur vel eo modo quo obiectū terminatiū tantum: quicquid sit de intellectu creato intellectus diuinus cognoscere potest relationem rationis :patet in primo sen.dist.xxv.q.vnica.

Tho. ¶ Opinio Tho. cōsistit in quibusdā propositionibus.Supposito vno quod visum fuit quęstione prima.s.q̄ nil est vniuersale scīm beatum Tho. cessante operatione intellectus:hoc premisso sit prima propositio.Licet sit controuersia inter Thomistas: dā senserit de prima intentione et secunda Tho.quod est magis consonum ei:quod dicitur in pluribus locis Tho. Prima intentio est res ipsa primo cognita ab intellectu sine aliqua collatione habente proprietatem grammaticam/logicam: vel rhetoricam.Et sic si cognoscatur homo vel asal sic nude sine collatione aliqua dicitur prima intentio: si vero cognoscatur scīm q̄ homo vel humanitas participatur a pluribus :secundum qō est vniuersale predicabile de pluribus: res hoc modo collatiuo considerata:dicetur secūda intentio.Quia vt sic et taliter consideratus homo est species.Et asal sic consideratum est genus Quia sic habetur intentio speciei : vel generis. Et sic habetur q̄ secunda intentio:⁊ prima sunt nomina rerum : sic vel sic conceptarum:et non conceptum. Et confirmatur hoc per Tho.opusculo. xlij.de natura generis cap.xij.q̄ nomina primę intentionis sunt: que rebus imposita sunt absolute: mediante cōceptione: q̄ fertur intellectus super rem in se.Et homo vel lapis. Secundę intentionis sunt illa que imponuntur rebus non secundum q̄ in se sunt: sed secundū quod subsunt intentioni : quam intellectus facit de eis.Et cum dicitur homo est species : animal est genus: hęc secundum Tho. Vbi nomina primę intentionis dicit rebus esse imposita mediante conceptione intellectus. Non ergo sunt imposita conceptioni.Vnde exemplificando:nomina primę intentionis dicit: homo lapis que constat non esse nomina conceptionum sed rerum. Nomina secundę intentionis/dicit esse genus:species.⁊c. Que etiā sunt nomina rerum secundum esse / quod habent in intellectu:⁊ sic homo est species:animal vero genus.

¶ Tertia ꝓpositio,ex cōceptu quo cognoscitur prima intentio videtur cōsurgere quędam relatio rationis : quam beatus Tho. ens rationis vocat / quia cessante intellectus actu/ cessat.Et secunda intentio videtur importare quendam ordinem rationis: cum primo supponat primam intentionem :cum illa relatione rationis.Et postea fundet aliam relationem rationis. Nota q̄ si alicubi visus est doctor.Sanctus attribuere primam et secundam intentionem conceptibus : ibi non accipit intentionem logice :secundum cōsideratione nem logicam:sed phyſice pro similitudine vel repsentatiuo : quemadmodum dicimus colores esse intentionaliter in medio. Sicut color in aere.Ex eo quod est ibi sua similitudo. Ipse enim conceptus rei repzesentatiuus dicitur intentio eius:vt superius vidimus in prima quęstione tractando quęstionem qualiter intellectus cognoscit reflexe singulare . Habetur igitur secundum doctorem Sanctum: q̄ intellectus facit primam intentionem: primo cognoscendo rem:⁊ postea facta certa operatione intellectus:tribuit rationem speciei:vel generis tali rei.Et hoc diuersimode cognoscendo.

¶ Secundū nominales ea quæ dicūtur in terminis de primis ⁊ secundis intentionibus nunc tenenda sunt:⁊ sentienda.Et dictum Vuiceng.Logica est de secundis intentionibus ⁊c. Sic intelligitur: q̄ logicus considerat de terminis secundę intentionis:per terminos primę intentionis:vt perspicuum est. Vuiceng.

¶ Facilis est respōsio ad quæstionē secundum omnes tres modos dicendi.Ad argumentum primum dicitur q̄ logicus:⁊ metaphysicus secundū Scotum:⁊ doctorem Sanctum : considerant de eisdem rebus:sed diuerso modo.Nam logicus secundum quod fundant secundas intentiones:metaphysicus vero considerando quiditatē illorū entium.Scīm nōnales dicēt qđ qa logicus cōsiderat de oībus dicibilibus:metaphysicus de oībus rebꝰ significatis: ideo dicūtur de eisdem considerare.Ad secundū q̄ habet difficultatem secundum Scotum : patet ex eo quod dictum est in explicatione sui modi dicendi.Ad tertium quod habet difficultatem secundum nominales.dicitur q̄ et si cōsideret logicus de dicibilibus : que sunt termini primę intentionis/hoc est quatenus cōsiderat circa illos/ proprietates logicales / considerando in eis ,modum significandi et predicandi ⁊c.

¶ Quæstiones prohœmiales seu præcursoriæ ad librum prædicamētorum Arist.

¶ Prima quęstio.

¶ Vtrum liber prædicamentorum sit de rebus an de signis.

TArguit̄, q̄ sit de rebus ⁊ non de quibuscunq; sed de vniuersalibus :quia scientia predicamētalis est scientia:ergo est de vniuersalibus:⁊ necessarijs :⁊ de ijs que non possunt aliter se habere:et Arist.in posterioribus.Hec valet dicere: q̄ Arist. intellexit:q̄ est de propositionibus vniuersalibus:⁊ de necessarijs:quia predicamentalis ars est de incomplexis: igitur.

¶ Cōfirmatur,plurima habētur in prædicamentis que non nisi rebus possunt adaptari:sicut in q̄ pietatibus substantię:quantitatis ⁊ qualitatis . Sicut quod substantia est subceptibilis contrariorum . Quod quantitati est propriū:secundū eam ęquale vel inęquale dici . Quod qualitas suscipit magis ⁊ minus: ⁊ multa huiusce modi.

¶ In oppositum arguit̄ sic, secernēs Arist. ea que reiici debent a consideratione predicamentali:inquit. Eorum que dicuntur : quędam cum complexione ⁊c . Vbi (dici) propria passio signorum est: ⁊ non rerū: ergo non erat illi mēs de rebꝰ cōsiderare.Itē in diuisione:vbi dicit. (Eorum que dicūtur sine cōplexione:quędā aut significant substantiā ⁊c) Vbi significare:terminorū ⁊ signorum est passio:⁊ non rerum:igitur . Confirmatur per Boetium in ꝓlogo libri predicamentorū dicentem In hoc opere hęc intentio est de primis rerum nōibus ⁊ de vocibus res significantibus disputare. Boetius.

¶ In hac quęstiōe,primo videbit̄ secundum triplicem viam:quid sit predicamentum Et de quibus principaliter constet. Secundo videbitur ex quibus simplicibus constituantur enunciationes . Tertio videbitur qualiter logica ⁊ metaphysica tractant de predicamentis. Secundum Scotum est primo notandum. Quod cum logicus consideret de secundis intentionibus adiunctis primis : opus est vt predicamentum dicat habitudinem plurium realitatum : quarum vna includitur de per se in conceptu quiditatiuo alterius contrahibilium per differentias formales: vsq; ad realitatem contrahibilem per differentias materiales quas ecceitates vel differentias individuales vocamus. Differentię formales dicuntur que contrahunt aliquod potentiale : ad constituendam speciem subalternam vel specialissimam . Differentię individuales que contrahunt aliquod potentiale: ad constituendum individuū. Et sic predicamentum importat illam habitudinem illarum realitatum que primę intentiones appellantur. Et quia logicus principalius considerat de secundis intentionibus: ideo predicamentum importat de perse significato secundas intentiones. que in primis fundantur : a quibus ille realitates,i.maturę denominantur genera vel species . Notandum est Quod ⁊ si logicus consideret de realitatibus quas considerat metaphysicus/ non tamen secundum quod metaphysicus : sed secundum quod fundant secundas intentiones modo iam dicto.Potest hic esse difficultas.Cum his decē predicamētis(si considerentur metaphisice)detur vnum in quo vniuocātur scilicet ens secundum Scotum. Vtrum secundum quod logicus considerat de illis:etiam detur aliq̄ vniuocum in quo conueniant: ⁊ faciant vnam scientiā p̄dicamentalem.Ad hoc respondetur. Quod secundum quod illa entia realia : scilicet illę realitates coordinatę secundum superius ⁊ inferius:quiditatiue considerantur a logico dico q̄ vniuocantur in vno communi intentionali: ad quod significandum non est.nomen incomplexum impositum . Potest tamen supleri per circumloquium : scilicet per hoc vniuersale ordinabile in genere: secundum quod hęc passio ordinabilitas ⁊c. illi adequate conuenit.Et illud non est subiectum:sed quia illę realitates secundum hanc considerationem constituūt coordinationes predicamentales: ideo ab illo circumloquio sumitur ratio subiecti in libro predicamētorū . Sed precipua consideratio post hanc logici est in hoc opere predicamentorum de secundis intentionibus: que in primis fundantur . Nec consideraret de primis : nisi quia ratio subiecti scilicet vniuersale ordinabile in genere: in illis reperitur.Et secundum q̄ fundant secundas intentiones:⁊ sic subiectum attributionis huius libri secundi Scotum erit illud cui adequate competet vniuersalitas secundum ordinabilitatem ⁊c.

¶ Pro mēte Tho. explicāda : suponēdum est quod non reperitur vniuersale seclusa operatione intellectus:sed si aliqua res est vniuersale:hoc est ab intentione causata: operatione intellectus. Pariformiter si aliq̄d est genus hoc est in operatione intellectus tribuentis vniformitatem respectu inferiorum. Ex quo elicit̄ Et secunda intentio dicat rem ipsam cogitam secūdario conceptu:modo quo explicuimus:loquendo de secūdis intentionibus secundum doctorem Sanctum:quod intellectus est causa quare aliquid sit vniuersale:genus species/⁊c.cum cessante operatione intellectus cessat secunda intentio:de qua principaliter logicus considerat Et hoc habetur a doctore Sancto in libro de natura generis. Et sic predicamentum secundum beatum Tho. Est ordo rationis:prioritatis vel posterioritatis: naturalis intelligibilitatis rerum : consequens apprehensionē formalis conformitatis:vel diuersitatis earūdem . Pro intelligentia huius diffinitionis est notandum:quod ens rationis:⁊ens naturę sic distinguntur secundum Tho. iij.metaphy.lectione quarta quod ens rationis dicitur de illis intentionibus generis vel speciei:quas ratio adinuenit in rebus consideratis:que non inueniuntur in rerum natura : sed considerationem rationis consequūtur.Et huiusmodi ens rationis:est propriē subiectum logicę . Ens autem naturę:est ens reale:habens esse seclusa operatione intellectus. Tho.

¶ Secundo notandum est qō ad esse predicamentum requiritur res esse obiectiue in intellectu.Et habeatur coordinatio generum ⁊ specierum in prioritate et posterioritate.

¶ Notādū tertio quod ordo ille prioritatis ⁊ posterioritatis:est a b intellectu considerante Genera generalissima prius ⁊ postea subalterna ⁊c.Et quando de prioritate a qua non conuertitur subsistendi consequentia de qua Arist. in postpredicamentis.

¶ Quarto notandum quod formalis conformitas vel diuersitas earundem rerum que intelliguntur: stat in hoc quod si res considerentur in nullo vnitiue co commenitis:sic pertinent ad diuersa predicamenta . Cum ens secundū doctorem Sanctum non dicatur de decem generibus vniuoce.Si vero considerentur conuenire in aliquo genere ⁊ in nulla differentia : sic pertinebunt ad idem genus generalissimum : pertinebunt attamen ad diuersa genera subalterna.Si vero magis concipiantur conuenire:spectabūt ad genus propinquius speciei specialissime quousq; cōsiderentur aliqua solum numero differre.

Et sic operatione intellectus sic operantis: circa entia
natur̃ sit prędicamentum: ꝛ genus: ꝛ species secundū
Tho. ¶ Hinc habetur clara cognitio huiꝰ scilicet quid
Cocinas. prędicamentum secundum beatum Tho. ¶ Et sic se-
cundum Paulum cocinatem sectatorem huius vię nō
parui habendum. iij. metaph. q. xiij. Prędicamentum ac
cipitur tripliciter. Primo modo pro ipsa intentione quę
dicitur prędicamentalitas. Secundo pro rebus in qui-
bus fundetur huiusmodi secunda intentio. Tertio
pro his rebus prout stant sub intentione prędicamen-
tali. Primo modo est ens rationis. Secundo est ens rea
le. Tertio dicit aggregatum ex ente reali et rationis. Et
sic iste terminus prędicamentum erit terminus secun-
dę intentionis concretus: duo concernens: principa-
liter tamen ens rationis. Et supponit pro rebus: secun-
dum q̃ stant sub prędicto ordine. Quemadmodum ly
album supponit pro re alba ꝛ connotat abedinem.

¶ Et si quæraꝝ quod est subiectū in libro
prędicamentorum secundum Tho. Respondeo. Quod
subiectum siue obiectum secundum eum (vt alibi vidi-
mus) est duplex: materiale scilicet ꝛ formale. Materia
le dico, quod sunt ipsę res obiectiue existentes in intel-
lectu scilicet substantia, quantitas, qualitas. ꝛc. Ratio
vero formalis subiecti huius scientię erit. Ordo ratio
nis iam prędictus ab intellectu excogitatus ꝛ ipsis re
bus: vt sunt in intellectu attributus secundum superio-
ritatē et inferioritatem. Nam extra intellectum non est
talis ordo secundum Thomistas. Et si quęratur quid
discriminis est inter prędicamentum ꝛ prędicabile se-
cundum Tho. discrimen est, quia prędicabile solum di-
cit ordinem ad ea de quibus dicitur. Prędicamentum
vero dicit habitudinem plurium ad invicē: ꝛ diuersos
prędicabilium: scilicet a ġnalissimo ad specialissima vsq̃.

¶ Sentētia nominaliū circa hoc quod est
quid sit prędicamentum: stat in hoc: quod prędicamen-
tum est coordinatio terminorum se habentium: sicut su-
perius et inferius quiditative a generalissimo ad spe-
cialissima vsq̃. Et sic inferioritatem et superioritatem
quiditatiuā nominales in solis terminis collocant. No-
tādum est etiam quod licet de temininis sit pręcipua cō
sideratio et omnia possint vt plurimum quę habentur
apud Arist. in libro prędicamentorum adaptari termi-
nis: non tamē inficiabimur posse aliqua attribui rebus
secundum quod significantur per terminos. Hec reales
et nominales sic sunt ex diametro pugnantes: quod hi
sic terminos considerent: quod illi rebus tribuant: nec
quod illi sic incumbunt rebus: quod de terminis nullam
habeam mentionem.

¶ Ad secundū dubiū in quo quęrebatur
ex quibus simplicibus constituantur propositiones di-
cuntur secundum aliquos nominales: quod ex simplici-
bus quę simplicia sunt termini componuntur proposi-
tiones; insistendo illi auctoritati Aristo. secundo peri-
hermenias. Omnis enunciatio est ex nomine vel ex no-
mine infinito: ꝛ ex verbo vel verbo infinito. Ex quo col-
ligitur res q̃ non sunt termini: non subiici vel p̃dicari,
Occam ¶ Occam vero in prologo recitat modū
probabilem tenentem res posse subiici et prędicari in
esse obiectiuo: ꝛ si non assertiue illud dicat: nec haben-
da est pro propria mente eius.

¶ Secundū tamē Scotum intrinsice con-
cedemus terminos subiici et prędicari licet non sit ne-
gandum in esse obiectiuo etiam esse propositiones ex
rebus in esse obiectiuo compositas. De copula est dif-
ficultas: nam si res in esse obiectiuo non sunt in esse sub
iectiuo: non videtur quomodo actus possit haberi in
mente. Ad hoc potest dici quod in esse obiectiuo corres-
ponder aliquid incomplexum in essendo: ꝛ complexum
in significando: ad modum vicendi. Sreg. vel dic quod
in esse obiectiuo ab intellectu et rebus cognitis in esse
obiectiuo causatur actus vniens illos conceptus obie-
ctiuos: ꝛ totum illud terminat quędam actum comple-
xum ipsius intellectus. Vel dicas quod non inconuenit
extrema habere esse obiectiuum et copulam esse subie-
ctiuum postꝙ sunt priora copula: non est copula nisi se
cundum quod illa extrema habent esse obiectiuum.

¶ Ad tertiū respōdetur, quod metaphysi-
ca tractat de prędicamentis: considerando perfectionē
essentialem entium omnium. Logicus vero tractat de
prędicamentis considerando per ea habitudinē dicibi-
lium: secundum superioritatem ꝛ inferioritatem essen-
tialem quiditatiuam: ꝛ modum significandi ꝛ prędican-
di eorundem. Secūdum tamē reales: logicus ꝛ si consi-
deret quiditates rerum in esse obiectiuo coordinabi-
les: in hoc sensu quod in cōcreto superius quiditatiue
prędicātur de inferiori, illud est secūdum quod fundant
secundas intentiones logicas. ¶ Notādum est quod illa
quę cōsideraꝛ metaphysicus tanꝙ artifex maximus de
rebus scilicet qō quodlibet ens est substantia vel acci-
dens: compositum vel simplex ꝛc. Sic logicus de omni
cōceptu: an sit cōnotatiuus, an absolutus, an incomple-
xus: ꝛ sic de reliquis. Quorum correspōdentiam: vel me
diocriter institutus in logica poterit adinuenire.

¶ Ad argumēta quæ in principio forma-
bātur pro ꝛ contra: quia quędam procedūt pro parte no
minalium: ꝛ alia pro parte realium: poterit patere solu-
tio ex dictis, volenti has vel illas partes agere.

¶ Pro parte realiū ad illas auctoritates q̃
adducūtur ex Arist. dicitur quod in anteprędicamētis: p
ea quę dicūtur intellexit: id est eorum quę cōcipiuntur
quędam cōcipiuntur per complexionem: ꝛ quędam sīe
ne complexione. Et sic res secundum quod incomplexe
cōcipiuntur: ꝛ sunt in esse obiectiuo, ponuntur in prędi
camentis. Non tamen secundum quod per compositio
nem representantur.

¶ Secunda questio

¶ Vtrum ois essentia reponibilis in præ-
dicamēto sit cōposita ex actu & potētia.

ARGVITVR
q̃ sic: omnis essentia repo-
nibilis sub aliquo genere
est diffinibilis: sed omnis
res diffinibilis, est consti-
tuta ex diuersis partibus
intrinsecis: ergo omnis ta-
lis est cōposita. Cōsequen-
tia bona est, maior suppo-
nitur ex communi doctri-
na prędicabilium et prędi-
camentorum. Minor patet ex Aristo. vij. meta. Ubi ait Aristo.
quoniam omnis diffinitio ratio est: ꝛ omnis ratio ha-
bet partes. Et autem ratio ad rem: sic pars rationis ad
partē rei similiter se habet. Ex quo videtur velle Arist.
quod sicut tota diffinitio totam rem significat: sic pars
diffinitionis partem rei. Et per consequens omne dif-
finibile habet partes. Etiam auctoritate commentato
ris eodem libro: commento. xxxiij. Quemadmodum dif
finitio declarat totam quiditatem: sic pars diffinitionis
partem quiditatis. Etiam probatur ratione. Et capio
conceptum generis: ꝛ conceptum differentię: et quę-
ro per illos an concipitur aliquid vel nihil. Si secundū

ergo erunt purę ficti sicut cōceptus chimerę. Si primū
quęro vel eadem realitas correspondet a parte rei illis
duobus conceptibus vel alia et alia. Si secundum ha-
beo intentum: scilicet q̃ natura specifica componitur
ex illis duabus realitatibus. Si des primum non po-
test esse propter tria. Primum est quia in diffinitione
cōmitteretur nugatio si idem importaretur per genus
et differentiam. Secundum est: quia vnum cognoscibi-
le adequatum non est natum respectu vnius potentę
facere nisi vnicum cōceptum in eodem instanti incom-
plexum: ergo vna realitas sola non causat illos diuersos
cōceptus incomplexos: respectu vnius potentię simul.
Tertium est quia cum sit vnum ens non videtur quali-
ter immutabit intuitive ad tam diuersos conceptus,
cum notitia intuitiua debet esse existentis: vt existens
est in presentialitate obiectiua motiua. ¶ Item si non
est de ratione naturę specificę compositio: sequeretur
accidens aliquod esse simpler: sed simplicitas est perfe-
ctio simpliciter: ergo quanto ens est simplicius: tanto
erit perfectius. Et sic sequeretur aliquod accidens esse
perfectius substantia composita quod est falsum.

¶ In oppositum sic arguitur: si species prędicamenta-
lis esset composita: vel hoc esset ex ijs quę distinguun-
tur realiter vel non. Si non: inimaginabile est quod ali-
quid componatur ex aliquibus quę sunt idem cum eo.
Nec potest dari primum quia tunc essentia angeli esset
composita ex partibus, quod est contra veritatem. Item
sequeretur quod genus esset pars speciei: ꝛ sic quod
propositio in qua prędicaretur genus de specie esset fal-
sa: quia pars de toto prędicaretur.

¶ Hæc quæstio absolueꝝ quibusdā articu-
lis: ꝛ in prima videbitur de quęsito conformiter ad tri-
plicem viam. In secundo mouebuntur aliquę difficul-
tates decisioni huius quęstionis accomodę cum expla-
natione difficultatum aliquarum pertinentium propo-
sito. Pro opinione Scoti supponitur ex prędicabilibus
quid compositio physica et metaphysica. Nam physica
est eorum quę faciunt vnum per se et realiter distinguū
tur, vt materia et forma. Metaphysica vero est eorum
quę distinguntur formaliter: ꝛ sunt idem realiter: quo-
rum vnum est potentia, alterum vero actus. Et realitas
a qua summitur differentia: et realitas aqua sūmitur
genus componunt metaphysice humanitatem. Et ho-
mo metaphysice ex humanitate et differentia individua-
li contrahente humanitatem ad esse huius individui
componitur: ꝛ physice componitur ex materia et forma.

Scotus. ¶ Notandū est etiam secundum Scotum
dist. viij. q. secunda quod omne illud quod ponitur sub
genere debet esse compositum ex actu qui importat rea
litatem a qua sūmitur differentia: et ex potentia quę
importat realitatem a qua summitur genus. Notanter
dicitur omne quod ponitur sub genere. Nam genera
generalissima non componuntur ex genere et differen-
tia: sed ex modo intrinseco et aliquo potentiali: vt gene-
ralissimum substantię ex ente finito et perfeitate. Gene-
ralissima aliorum nouem prędicamentorum: ex ente fi-
nito per accidens: et ex sibi adaptatis modis intrinse-
cis secundum varietatem generalissimi. Nam pro quan
titate alius modus intrinsecus ꝛ alius pro qualitate ꝛc.
Notandum est insuper quod aliquid potest poni sub-
genere vel tanquam quiditas in esse obiectiuo consti-
tuens coordinationem illam: quę est prędicamentum:
vel tanquam individuum. Et sive sit quiditas: sive indi-
viduum debet esse compositum ex actu et potentia.

¶ Tertio notandū secundū eundem Sco-
tum: quod si in homine ponātur duę formę: scilicet intel
lectiua et sensitiua ab alia re sūmitur genus scilicet ab
anima sensitiua: et ab alia re differentia: scilicet ab ani-
ma intellectiua. Si autē non ponaꝝ nisi vnica alia scilicet
intellectiua ab alia realitate sūmitur genus a realitate
animalitatis: ꝛ ab alia sūmitur differentia: scilicet a rea-
litate differentię. Et prima est potentialis et cōtrahibilis
per secundam. Sic scilicet q̃ prima intellecta in primo
instanti naturę: in quo est przcise ipsa est contrahibilis
per secundam et perfectibilis: quia est contrahibilis ad
perfectionem graduū: sed cum realiter sint idem: vna
nō perficitur per alteram de facto. Verum est q̃ si prima
produceretur sine secunda: ꝛ postea adueniret secunda
prima perficeretur aduentu secundę, cum ante nō esset
contracta ad tam perfectum esse.

¶ Ex quo habeꝝ vnum satis notādum se-
cundum Scotum ad tollendum controuersiam inter ali-
quos q̃ secluśa operatione intellectus non est aliqua mi
nor vnitas a parte rei vnitate numerali, nisi vnitas spe-
cifica. Nec a parte rei reperitur natura generica, sed rea
litas vnde abstrahitur vniuersale generi cum quod in
esse obiectiuo bene est vnum: et ratio est: quia vniuersa
le generi cum est diuisibile et non descēdit secundum eū
dem gradum perfectionis ad sua inferiora quemadmo-
dum species: ꝛ hoc est quod dicebat. Aristo. in specie a-
toma sit comparatio: quia natura specifica secundum
eundem gradum participatur ab oīnibus inferioribus. Scotus.
¶ His premissis ponitur hęc conclusio secundum Sco-
tum: ad aliquid poni sub genere non requiritur quod
componatur physice: satis est quod cōponatur composi
tione metaphysica: ꝛ sit ens completum: et sic nec ma-
teris nec forma ponuntur per se in prędicamēto nec par
tes integrales. Patet prima pars: nam angelus ꝛ acci-
dentia ponuntur sub genere, ꝛ tamen non componūtur
physice. Secunda pars nota est: nam cum hoc q̃ sint in
diuisibilia physice: admittunt cōpositionem metaphysi
cam: ꝛ habent compositionem ex actu ꝛ potētia. Ex hoc
habetur q̃ ad aliquid poni in prędicamento nō requiri
tur compositio exre ꝛ re: satis est compositio ex realita-
te et realitate. Sequitur etiam: nec deum: nec aliquid
in deo poni in prędicamento secundum Scotum: cum
in deo nil sit potentiale: siquidem infinito improducto
non causato ab alio repugnat potētialitas. Et cum secū
dum Arist. xij. meta. Prima causa sit actus purissimus
nullam admittens potentialitatem habetur intentum.
Et sic in deo nulla est compositio: licet bene admittatur
secundum Scotum et alios cōstitutio. Et licet Occam Occam.
in aliquo bono sensu cōcedat hāc: filium in diuinis esse
in potentia ad non esse: non tamen concluditur esse ali-
quam potentialitatem in diuinis.

¶ Ex his primo colligitur, q̃ genus & diffe
rentia secundum hac opinionem non important eundē
conceptum: nec formalem nec obiectiualem. Suppo-
no primo q̃ per conceptum formalem intelligimus con-
ceptum existentem subiective in anima: quo formaliter
cognoscimus. Per conceptum vero obiectiualem in-
telligimus id quod habet esse per intellectū secundum
quod terminat actum intelligendi. Corollarium patet
de conceptu obiectiuali. Nam a realitate generis post-
quam abstrahitur conceptus obiectiuelis generi cus: i
abstrahitur ab omni differentia: ergo ille cōceptus alius
est a conceptu obiectiuali rationalitatis, cum sine illo
possit reperiri. Etiam probatur de conceptu formali ar-
gumento communi Scotistarum. Quotiēscunq; ali-
quis est certus de vno et dubius de alio, habet conce-
ptum distinctum de illo de quo est certus ab illis con-
ceptibus de illis quibus est dubius, sed intellectus
aliquando est vel potest esse certus de aliquo quod est
animal, dubitando vtrum sit rationale vel irrationale,
igitur habebit coceptum generis distinctum a cōceptu

differentię. Secundo sequitur: quod si genus concipitur conceptu sibi adequato/ cum in esse obiectiuo prescindat ab omni differentia/ dicitur esse vnum: cum tantum habeatur vnus conceptus formalis. Si tamen consideretur in speciebus inferioribus: sic non concipitur vnico conceptu adequato sed pluribus/ secundum quod diuersimode participatur: vt iam tactum fuit: quando dicebatur non dari vnitatem genericam minorem vnitate reali seclusa operatione intellectus.

¶ Tertio sequiť q nō semp ex vnitate cōceptus formalis habetur vnitas conceptus obiectiuabilis: quando illa quę tali conceptu formali cognoscūtur: non conueniunt in aliquo a quo possit abstrahi cōceptus ille obiectiualis: sed sunt conceptus simpliciter simplices sicut vltimę differentię: quę non participant in aliquo communi in suis quidditatibus. Quādo autē conceptus formalis communis sūmitur ab aliqua realitate in qua conuenisnt plura: tunc conceptui communi correspondet vnitas conceptus obiectiualis. ¶ Quarto sequitur speciem intelligibilem a qua sūmitur conceptus repręsentās naturā specificam: posse causare tres conceptus: vnum adequatum ipsius naturę specificę/ duos inadequatos ipsi naturę specificę scilicet generis et differentię. Et sic concluditur q nulla res sub genere vel specie predicamentali est simpliciter simplex: et quod genus et differentia: cum sint actus et potentia se habēt quodam modo sicut materia et forma: ꝛ si non physice ten metaphysice.

Tho. ¶ Doctor sanctus circa hanc difficultatē vt potest colligi ex aliquibus locis in prima parte videtur sentire quod per sequentes conclusiones asseritur.

¶ Prima conclusio est/ quam habet prima parte. q. iij. articu. v. quod in omni re quę proprie ponitur in genere differt realiter quidditas a suo esse: scilicet essentia ab existentia: ratio eius est: quia omnia quę pertinēt ad idem genus secundum eum: cōmunicant in quiditate vel essentia generis quod predicatur de eis in eo q quid est: ratione cuius conformitatis dicuntur pertinere ad predicamentum idem: differunt tamen secundum esse: non enim est idem esse hominis et equi: nec huius hominis et illius hominis. Et sic concludit quod quęcunq; sunt in genere ita se habent: q differunt in eis esse et quod est scilicet essentia: hec fiet dilucidior in quęstione vbi disputabitur quomodo esse differt ab essentia.

¶ Secūda cōclusio quam habet Tho. prima parte q. i. arti. ij. ad primum q licet omne pertinens ad predicamentum sit limitatę perfectionis non tamen opus est vt omne tale componatur ex diuersis partib⁹. Prima pars probatur: quia quodlibet quod ponitur in predicamento est alicuius determinatę speciei: sed secundum Arist. species sunt sicut numeri: sed omnis numerus est finitus: ergo omnis res quę ponitur in predicamento est limitatę perfectionis. Secunda pars patet: qa angelus et plures res immateriales ponuntur in predicamento/ et tamen carent partibus. Et sic secūdū Tho. licet in materialibus ratione vnius partis scilicet materię consideretur aliqua res: vt genus: ꝛ ratione alterius scilicet formę concipiatur vt differentia: in rebus tamen immaterialibus eadem res omnino indiuisibilis carens partibus: secundum diuersas considerationes consideratur vt genus et differentia: nam vt consideratur indeterminate concipitur vt genus et reperitur ratio generis: vt vero concipitur determinate/ sumitur ratio differentię. Ex isto modo dicendi quo sūmitur genus et differentia in substantiis immaterialibus: sūmūt ansam nominales aliqui ad dicendum terminum cōnotatiuum intrinsice non debere ꝓnotare necessario partē essentialem: sed satis esse connotare aliqualiter essentialiter se habere in sua essentia. Et secundum hos conceditur aliquem terminum connotatiuum intrinsice supponere ꝓ re induuisibili: qō non est satis commune apud communes nominales.

¶ Ex his omnibus aperte elicitur secūdū Tho. omne ponibile in predicamento debere componi ex actu et potētia: et q sit ens completum/ quia nulla pars essentialis ponitur per se in predicamento: et sic nec deus nec aliquid in deo ponitur in predicamento: et quicqd alibi apud Tho. in scriptis habeatur. In prima tamen parte. q. iij. arti. v. expresse asseuerat: nec per se nec reductiue deum pertinere ad predicamentum.

¶ Secundū solidam & frugiferā nominalium asseuerationem: nulli enti repugnat poni in predicamento rōne sue simplicitatis ¶ secundū eos nec opest compositione ex esse et essentia: vt Tho. placet: nec cōpositio metaphysica requiritur (vt libet Scoto) nec denicq aliam compositionē ex actu et potentia ascribūt rei ponendę in predicamento: satis esse existimantes: ad aliquid poni in pdicamento significari per aliquod dicibile: quod reponiť in pdicamento. Hinc facile enitiant aliquam rem vnam ad omnia predicamenta pertinere.

¶ Inter pmarios nominalīū est cōtrouersia. Vtrum deus ponatur in predicamento Grego. de Arimi primo sen. dist. in. viij. q. iij. asserente deum esse in predicamento: quod sic probare nititur: per hoc dicimus aliquid esse in pdicamento: quia aliquod dicibile illius pdicatur de illo quiditative vel pdicatione accidentali vel de pronomine illud demonstrante: sed iste terminus spiritus predicatur de deo quiditative: quia hęc cōceditur Joannis. iiij. spiritus est deus et notum est hanc esse quiditatiuam/ deus est spiritus: vel hoc est spiritus demonstrato deo. Sicut etiam hęc est quiditatiua: angelus est spūs: et etiā est vera vt habetur apud Psalmistam: qui facit angelos suos spiritus: ꝛ plurima alia dicibilia aliorum pdicamentorum pdicantur directe et denominatiue: sicut pater/ iustus/ trinus/ creator/ passus/ existens in ęvo ꝛc. Grego.

¶ Et si cōtra hoc adducatur dictū Augus. lib. vij. de trinitate cap. v. dicentis deum abusiue vocari substantiam: sed eum solum debere ꝓprie appellari essentiam: etiam seruo suo Mosi enunciauit ero. iij. cum ait: ego sum qui sum: ꝛ dices ad eos qui est misit me ad vos. Ad hoc respondetur quod substantia accipitur tripliciter. Primo pro re quę substat aliis: et in hoc sensu Augustinus dicit deum non appellari substantiam: nam subiungit: deus autem si subsistit vt substantia dici posset ꝓprie ineſt in eo aliquid tanquam in subiecto. Ex quo claret ꝓpositum. Secundo modo accipitur substātia vt sit conuertibilis cum ly essentia: et sic est terminꝰ transcendens et sic quęlibet res mundi est substantia. Tertio modo accipitur vt est genus generalissimum pdicamenti primi: ꝛ sic potest describi substantia est essentia quę per se est naturaliter: ꝛ non in aliquo tanquam in subiecto vel essentia quę est pars: aut nata est esse pars intrinseca essentię sic per se existentis. Et sic innotescit qualiter sine inconuenienti generalissimum substantię vere dicitur de deo. ¶ Et si quęratur secundum Gregorium: deus si est species vel individuū: non potest dici individuum: cum sit terminus formaliter communis: nec species: quia tunc cum verificetur de tribus personis: iam dicentur. iij. substantię: cum essent individua predicamenti substantię. Et sic dicit Augu. vij. de trinitate cap. sexto sicut dicimus Abrahā/ Isaac/ Jacob: tres substantias et tres homines: pariformiter diceremus tres personas: tres substantias/ tres essentias/ et tamen Augu. Augu.

ab hoc oborret sacrum eloquium et sacri doctores: ergo deus non videtur poni in predicamento. Ad hoc posset dici si ad differre aliqua duo numero: satis est quod illa differant realiter posset dici illud dicibile deus esse speciem cum predicetur de differentibus numero in eo quod quid: nec ideo cōcludes debere appellari tres substantiae: sed tantum tres res realiter distinctae: vel aliter dic illum terminum deus non habere individua: quia ad esse individua requiritur essentialiter differre. Occam vero in primo sen. dist. viij. q. prima probabiliter tenet deum non poni in predicamento: propter aliquas rationes quarum precipua est. Si deus poneretur sub genere/ vel hoc esset sub hoc termino ens: vel sub aliquo alterorum primum: quia ens cum sit transcendens: non est genus: nec sub aliquo alio: quia si sub aliquo: maxime sub hoc termino spiritus: sed hoc non: quia si aliquis conceptus significaret deum et angelos scilicet ille conceptus spiritus sequeretur quod hoc esset propter conuenientiam quę est inter deum et angelos: sed magis conuenit lapis cum angelo: q̄ angelus cum deo vt notum est: quia magis distat angelus a deo: q̄ angelus a lapide: ergo vel ille conceptus significabit lapides et angelos: quod est falsum: vel non significabit deū et angelos: ꝛ sic si non ponitur sub hoc dicibili spiritus nō videtur sub quo ponatur. Deductio huius argumenti fundatur in illo cōmuni apud nominales scilicet/ omnis cōceptus absolutus vel connotatiuus repręsentans aliqua propter aliquam conuenientiam repertam inter illa: repręsentat oīa q̄ taliter vel magis in illo cōueniūt. Occam.

¶ Secunda ratio quam affert Occam. Omnia quę sunt in genere: habent certam proportionem et perfectionē inter se sed deus in infinitū: excedit omne aliud a deo: ergo non est in genere cum aliquo alio a deo. Maior patet: nam per Augustinum. vij. de trinitate capitulo. xij. probatur diuinam essentiam non esse speciem neq; genus: quia semper plura contenta sub specie vel genere dicunt plus perfectionis q̄ vnum solum: sed hoc non posset esse nisi omnia contenta sub genere haberēt certam proportionem adinuicem secundum perfectionē: igitur. Et sic si aliquod contentum in genere in infinitū excederet omnia alia contenta in genere: non plus perfectionis dicerent illud vnum et omnia alia: quam illud vnum: et sic non merito contineri dicerentur sub eodem genere. Has rationes idem dominus Occam ostendit non concludere: ꝛ primo soluit secundam quę fundatur in dicto Augustini/ ostēdens Augustinum non pretendisse: nisi ostendere essentiam diuinam non esse speciem si personę assignentur individua: quoniam illas deberemus appellare tres substantias/ tres essentias: quod tamen est absonum: ꝛ ideo censet propter idem non esse genus. Si tamen velimus dicere deum poni in predicamento substantię: tunc tanquam species vnicum habens individuum poneretur scilicet essentiam: et sic ratio non procedit/ nec habetur aliquod inconueniens. Occam.

¶ Prima etiam ratio non concludit. Nam posita. Occam ponit hanc conclusionem: quod non: potest per rationem sufficienter probari deum non esse in genere: quia non per simplicitatem: quia multa simplicia ponūtur in genere/ nec per necessitatem: nam sicut necessitas non tollit quin aliquid sit vniuocum deo et creaturę/ sic non tollet deo aliquid esset genus: quanto magis quod multa necessaria ponunt in predicamento. Nec etiam potest probari ex infinitate dei: nam quamtumuis in infinitum excedat omnem creaturam: quia tamen creaturę non sunt equales in perfectione plus assimilatur vna creatura deo q̄ altera: et propter illam assimilationem non potest probari quin aliquod vniuocum deo et illi creaturę esset vnum genus contentum sub ente/ quod postea diuideretur in deum et illam creaturā, Occam. Augu.

Hęc Occam. Ex quibus soluitur prima ratio: nam in spiritualitate conueniunt deus et angelus/ in qua non lapis et angelus. Et nunc licet in aliis magis conueniant lapis et angelus: q̄ deus et angelus/ non tamen in illo. Et si arguas contra hoc/ angelus et lapis infinitum distant a deo/ ergo vnum non magis cum deo/ quā alter conuenit. Ad hoc respondetur negando consequentiam nam quemadmodum in creaturis: vna est perfectior essentialiter altera/ vel quia magis accedit altera ad non gradum perfectionis q̄ altera: vel quia magis accedit ad summum. Sic dico quod licet angelus infinitum distet a deo et etiam lapis/ potest in aliquo quod infinite participatur a deo conuenire angelus cum deo et non lapis scilicet in spiritualitate. ¶ Opere precium erit sermonem facere de distinctionibus secundum tripliciem viam/ quia mentio habita est de illis in enucleatione difficultatis agitatę. Et primo secundum Scotum nc⁊ tandum est/ quod distinctiones vel acceptiones distinctionum quę conducunt ad Scoticam doctrinam per callendam sunt hęc. s. distinctio rationis/ distinctio realis/ formalis/ essentialis/ se totis obiectiue/ se totis subiectiue. ¶ Distinctio rationis secundum Scotum est/ quę habet fieri per actum collatiuum intellectꝰ vel alterius potentię sic se habens/ q̄ cessante operatione potentię cognitiuę talis distinctio cessat/ et hęc reperitur respectu eiusdem rei diuersimode consideratę/ ꝛ inter entia realia/ ꝛ inter non entia realia/ et inter ens et non ens. ¶ Distinctio realis est distinctio aliquorum sic se habentium/ q̄ vnum potest corumpi altero manente/ vel se habent sicut totum et pare/ vel sicut producens ꝛ productum: vel quę sunt in pluribus rebus realiter distincta. Quę primę partes notę sunt. Tertia habetur ab Augustino libro primo de trinitate. cap. j. Vbi inquit nullam rem seipsam gignere/ vnde concludit inter patrē et filium in diuinis esse distinctionem realem/ et ex consequenti inter producens et productum. Ultima particula additur propter duas relationes sibi inuicē in fundamento et termino correspondentes. Distinctio realis suppositorum tantum/ vt in diuinis/ ꝛ suppositorum et naturarum/ vt in creaturis. ¶ Distinctio formalis est illa quę est inter aliqua quę sunt idem realiter/ et vnum non includit alterum in primo modo dicendi per se/ idest illa distinguntur formaliter quę habent aliam et aliam formalitatem/ quarum neutra alteri includit in ratione sua formali/ vt subiectum a propria passione/ et natura specifica a differentia individuali. Et sic videtur q̄ inter illa quorum vnum est de per se quiditate alterius/ non sit distinctio formalis. Sed quoniam omnis distinctio ex natura rei vel est realis vel formalis ad saluandam distinctionem quę est inter illa quorum vnum est de per se quiditate alterius/ sicut est animalitas respectu humanitatis. Dicitur quod distinctio formalis est duplex. s. mutua et non mutua/ ꝛ mutua reperitur inter illa quorum vnum non est de quiditate alterius nec econtra/ non mutua vero eorum quorum vnum non est de quiditate alterius/ licet alterum sit de eius quiditate/ ꝛ sic inferiora distinguntur a superioribus non mutuo formaliter/ et per hanc distinctionem plura euadūtur quę alias solent ingerere difficultatem/ vel illa distinguntur formaliter quę sunt idem realiter et habent propias cognoscibilitates immediate. Distinctio essentialis est aliquorum quę distinguntur realiter/ nec sunt idem alicui/ quod identificatur cum quolibet illorum. Ex hoc habetur in diuinis non esse distinctionem essentialem/ ꝛ habetur etiam materiam et formam essentialiter distingui/ quāuis componant vnam essentiam/ licet improprie concedatur esse idem essentialiter. Hinc habetur non recte diffiniri distinctionem essentialem sic. Est eorum quę per aliquam potentiā abinuicem possun Scotus.

separari altero manente alterum corrumpendo: cum paternitas et filiatio in creaturis distinguantur essentialiter: et tamen illis non conuenit illa descriptio. ¶ Distinctio se totis subiectiue est aliquorum: quorum realitates vel quiditates sunt distincte: et ab inuicem seperate in actuali existentia: ita q non conueniunt i aliqua realitate subiectiua siue actu existendi: et sic materia et forma accidens et subiectum licet distinguantur realiter et essentialiter proprie non tamen: distinguuntur se totis subiectiue: quia prima duo faciunt vnum per se: secunda duo habent se sicut informans et informatum.

¶ Distinctio se totis obiectiue est aliquorum que in nullo conceptu reali comuni quiditatiue conueniunt: siue sit limitarum siue transcendens: et hoc modo vltima differentie. f. materiales: cum sint primo diuerse distinguuntur se totis obiectiue. Ex quo habetur secundum Scotum: q magis distant illa que dicuntur esse diuersa: q̄ que dicuntur differentia: quia secunda in aliquo conueniunt et non prima: Inde habetur regula q omnis differentia differentiam reducitur ad primo diuersa: alioqui non esset status in assignanda differentia: sed procederetur in infinitum quod est euitandum. Quot modis reperiuntur distinctiones: tot modis dicuntur aliqua esse eadem: quia quot modis dicitur vnum oppositorum: tot modis dicitur reliquum. ¶ Nota in doctrina Scoti quod aliquando inter aliqs ponimus non identitatem et si non ponam⁹ distinctionem: et per hec soluntur plures difficultates: sicut si quęratur an duę differentie individuales distinguantur formaliter: et dicimus q non: sed non sunt idem formaliter: habetur ab Scoto in primo dist. ij. q. vij. ibi/sed hic restat.

¶ Secundum tamen modum dicendi beati Tho. qui potest colligi ex primo sen. dist. ij. q. prima. arti iij. et ex prima parte. q. xxviij. arti. secūdo habetur quod non est alia distinctio q̄ realis vel rationis: nam si distinctionem formalem alicubi debet ponere: maxime inter essentiam et relationes in diuinis: sed in loco citato in prima parte expresse asserit essentiam et relationes in diuinis: solum differre per intelligentię rationem solam. Et etiam primo sen. loco iam citato perpulchre ostendit: quod distinctio rationum que assignatur essentiam et personas et inter essentiam et proprietates: contingit ex infinitate perfectionis ipsius dei. Et cum vnum sit et simplicissimum in deo essentia persona et proprietates nullam ex natura rei admittit distinctionem: tamen cum in infinitum tanta plenitudo simplicissima excedat nostrum intellectum: diuersis cognitionibus cognoscit essentiam secundum quod essentia appellatur: et personam secundum quod persona appellatur: et sic de proprietatibus. Nam cum diuersis nominibus appellemus deum: et voces sunt note passionum vel conceptionum: hinc habetur ex diuersis cognitionibus solam distinctionem rationis reperiri in his: inter que et rem qua tot diuersis vocabulis appellatur non est distinctio realis. Nam cum intellectus propter suam imperfectionem nequeat vna cognitione comprehendere que de aliqua re dicuntur diuersis cognitionibus et per partes cognoscit. Ex quo resultat per illos diuersos conceptus solam distinctionem rationis reperiri vbi non est distinctio realis. Et sic ex natura rei secundum doctorē sanctum: non est alia distictio quam realis ¶ Notandum etiam secundum eundem: q sicut vniuersalia vt diximus superius nusq̄ sunt sine operatione intellectus: sic ex natura rei: inter humanitatem in sorte animalitatem. ꝛc. vsq̄ generalissimum sola distinctio rationis est: cum illa diuersa vocabula diuersarum cognitionum sunt note: et sic sola distinctione rationis distinguntur illa in sorte. ¶ Aliqui addunt duplicem esse distinctionem rationis. f. ratiocinantis et ratiocinate. Hec audiendi sunt qui existimant distinctionem rationis ratiocinate eo dici: quia seclusa operatione intellectus adhuc a parte rei esset aliqualis distinctio: et non realis: vt iam ostensum est esse falsum et alienum a doctrina sancti Doctoris.

¶ Intelligēda igit̄ est sic illa distinctio, qa seclusa operatione intellectus alicui rei comperunt diuersa nomina. Et secundum q per illa diuersa nomina appellatur: diuersis cognitionibus debet concipi: ideo illa distinctio que per actum intellectus habetur est rationis ratiocinantis. Ea vero que per diuersa vocabula: rationis ratiocinate: attamen ex natura rei in re non ponitur aliqua distinctio nisi solum realis. Ex quibus elicitur vnum notandum: quod cum eādem rem possimus cognoscere cathegorice: et hypothetice: affirmatiue: negatiue/complexe/et incomplexe ꝛc. vbi intellectus a parte rei nullam distinctionem prenouerit: non satis est diuersos habere conceptus alicuius rei ad concludendum distinctionem formalem.

¶ Secundū doctrinā nominalitū, quæ verum omnium aliarum doctrinarum est condimentum: habetur quod quelibet res per seipsam formaliter et intrinsice sibi ipsi idēptificatur: de distinctione tamen est controuersia et repugnantia inter nominalium vexillarios Occam et Brego. Gregorius est vt patet ex distinctione. xxxiij. q. prima primi libri senten. solum ponit distinctionem realem ex natura rei: et distinctionem rationis: cum teneat distinctionem formalem nullo pacto esse assignandam: nec etiam in diuinis inter personas et essentiā: et omnia que distinguuntur realiter in creaturis essentialiter distinguntur: licet hoc non contingat in personis diuinis: vt tenemus ex fide. Gregor.

¶ Occam vero vt cōstat ex distinctiōe. ij. q. xj. primi sen. ponit distinctionem formalem ex natura rei: minorem distinctione reali: maiorem distinctione rationis: et in reliquo consonat cum Brego. in assignanda distinctione rationis et in residuo. Occam

¶ Pro intelligētia huius modi dicēdi. Notandum est quod contradictio est potissima via ad inferendam distinctionem realem: et etiam distinctionem formalem. Non quod propositiones assumpte sint contradictorie: quia ex tali copulatiua impossibili nil licet deducere: sed intelligitur quod se habeant ad modū contradictionis: siue quod sint de predicatis contradictorijs: sicut si dicamus sortes est sortes/et Plato non est sortes: et vterq̄ est: ergo sortes distinguitur realiter a Platone Ad distinctionem formalem requiritur: quod sint duo que sunt idem inter se et vnum sit idem realiter alicui: quo alterum realiter distinguitur: sicut pater et essentia diuina formaliter distinguitur: quia essentia est idem filio a quo pater realiter distinguitur: et hoc intelligitur per illud: scilicet quod illa distinguntur formaliter que sunt idem realiter de quibus predicata contradictoria verificantur.

¶ Ex quib⁹ infert̄ q hæc distinctio formalis solum reperitur in diuinis: et nullo pacto in creaturis: et in hoc secundo differt a modo dicendi Scoti. Et in primo differt a Gregorio et Tho. non ponentibus aliā distinctionem ex natura rei nisi realem: et sic patet quid secundum triplicem viam est sentiendum de distinctionibus: et qualiter variant inter se nominales.

¶ Quoniā secundū Tho. ad hoc q aliqd ponatur in predicamento saltim requiritur et sufficit cōpositio ex esse et essentia: nec requiritur cōpositio physica Tho.

ex diuersis partibus libet inquirere qualiter distinguntur esse et essentia secundum triplicem viam. Et primo videatur quid tenuerit Tho. quibusdam cōclusionibus id enucleantibus. Prima conclusio sit/quam tenet pria pars. q. iij. quod essentia dei est ipsemet deus: et quod esse in deo et essentia sunt idem omnino ipsi deo: hec conclusio sic probatur. Quicquid est in aliquo quod est preter suam essentiam: oportet esse causatum: vel a principijs essentialibus: sicut accidentia propria cōsequentia speciem: vt risibilitas consequitur hominem: et causatur a principijs intrinsecis speciei: vel ab aliquo exteriori/sicut calor in aqua causatur ab igne. Si igitur esse in deo esset aliud ab ipso deo et sua essentia: deberet causari vt ab aliquo exteriori: vel a principijs essentialibus eiusdem rei/non a suis principijs essentialibus eiusdem rei: quia cū res existat per esse: cū nil sit sibi causa vt existat nō causabitur a prop̄rijs: nec ab exteriori: quia secundū omnes philosophantes: prima causa a nullo est producta: igitur. Item causalitas dicit potentialitatem: sed secundum omnem doctrinam et philosophorum: deus est simpliciter simplex nullam admittens compositionem: ergo nullam admittit potentialitatem igitur intentum conclusionis.

¶ Secūda conclusio, q̄ in oībus citra deū essentia distinguitur realiter a suo esse. Probatur primo auctoritate Arist. primo poste. dicentis: q quid est vnitatis: et esse vnitate non idem sunt: ex quo habetur q̄ essentia rei nō est eius esse. Similiter Hylarius. xj. de trinitate dicit: esse in deo non est accidens sicut in quo libet creato. Etiam Boetius in libro de ebdeadibus: in omni eo quod est citra primum aliud esse et quod est. Hylarius. Boetius.

¶ Pro pleniori intelligentia huius scēy conclusionis est supponendum: vt potest colligi ex dictis. Tho. quod essentia est id quo formalit. rres habet esse q̄ditatiuum vel est ipsamet quiditas. Esse vero est actus quo essentia existit: et quo ens aliquod dicitur formaliter existere. Et si queras. Utrum essentia sit ab eterno: et an essentię rerum sint ab eterno. Ad hoc dicitur secundum doctorem Sanctum: q̄ preter esse ideale quod habent in mente diuina: pro quanto essentia diuina est ratio: exemplar et idea omnium quiditatum extra essentiam diuinā: nullum esse reale eternum habent. Et hoc est verum et facile captu quicquid dicat Mayrones: et alij: nā vel est impium vel inintelligibile: nec dignum aliqua schola vere phylosophię. Et si dicas quomodo igit̄ scientia predicamentalis erit de necessarijs: et quomodo scīē tia aliqua erit de necessarijs: Ad hoc dicitur secundum Tho. q̄ quia est de vniuersalibus aliqua scientia: ideo est de necessarijs vel quia est de propositionibus necessarijs. ¶ Notandum q̄ quemadmodum secundum doctorem Sanctum nequit fieri per aliquam potentiam produci hominem quin a principijs intrinsicis fluat et emanet risibilitas/sic nequit esse essentiam seu quiditatem alicuius rei produci in rerum natura: quin ab illa essentia emanet illud esse: a quo essentia denominatur existere. Et cum omnis causa essentialiter debet distingui a suo effectu: sequitur essentiam in creaturis essentialiter distingui ab esse. Et si dicas contra hoc/essentia est prior q̄ esse cum sit causa: ergo tunc habebat esse: et non ab esse/igitur esse non est actus eius. Forte dices q̄ ibi non est prioritas in quo sed a quo: et solum concluditur q̄ essentia de se est essentia: nec aliquo pacto dicitur existere: nisi ratione actus superuenientis: et si replices/saltim cum esse sit posterius non denominabit prius: et sic esse non denominat essentiam existere. Ad hoc dicitur q̄ sicut esse hominem est prius quā risibilitas: et tamen denominatur homo risibilis a risibilitate: et sicut superficies est prior quam albedo: et tamen denominatur alba ab albedine: sic non incōuenit q̄ essentia sit prior existentia: et q̄ denoīetur existere ab illa existentia. Et si q̄ras an esse existat q̄ aliud esse: dr q̄ sicut albedo non dr alba: sic esse formaliter non existit: nec incōuenit/qō nō dicitur existens denominare aliquid existens/sicut quod nō est album denominat aliquid album/et si quęras illud esse est substantia vel accidens: Ad hoc dicitur quod omne esse quodcunq̄ esse sit/siue substantię/siue accidentis/est accidens respectu essentię. In hoc sensu. f. quod non est de quiditate essentię/quia in actuat ad existere/et si sit respectu quiditatis vel essentię quę est substantia/sic reductiue pertinet ad p̄dicamētum substantię/si vero sit respectu quiditatis quę est accidēs/sic reductiue pertinet ad p̄dicamentū accidētis.

Mayro.

¶ Potest circa dicta quæri, si essentiæ rerū nō sunt eterne extra mentem diuinam quo modo cōcedi tur hęc nulla rosa existente/essentia rosę est essentia rosę. Ad hoc quod nunc offertur respondetur dicendo consequenter quod repugnat: nec potest fieri essentiā existere sine existentia/et ideo rosa non existente/non conceditur rosam existere/sed si conceditur essentia est essentia/vel hoc est in mēte diuina/vel in intellectu creato qui est causa vniuersalitatis specifice/vel generice/ non tamen est causa existentię alicuius individui sola intellectio diuina nec creata/bene tamen vniuersalis quiditatiue vel si hoc nō placet adhibe alteram solutionem/vel dic cum Paulo veneto vt habet primo cap. meta. quod essentia speciei potest esse sine p̄prio indiui duo q̄ uis nō actu/sed hic modus valde extraneus appa ret/nec video quo modo antiqui saluabunt nulla rosa existente hanc esse veram/essentia rosę est essentia rosę cum logice loquendo corruptis primis substantijs impossibile est aliquod vle remanere/nisi in sensu dato. Paulus venetus.

¶Notandū quod non est intelligendū vel le Scotum dicere/ quod aliqua realitas est in deo cui non repugnet esse in creatura vel econtra/ vt aliqui male intelligentes opinantur/ quia impium/ sed quod in deo est aliqua realitas a qua abstrahitur conceptus communis deo ꝛ creaturę/ et etiam in creatura est aliqua realitas a qua abstrahitur conceptus communis deo ꝛ creaturę.

¶Primum dictū probatur ratione Scoti communissima. Omnis intellectus certus de vno conceptu et dubius de diuersis/ habet conceptum de quo est certus alium a conceptibus de quibus est dubius/ sed intellectus potest esse certus de deo/ quod est ens dubitando si est finitum vel infinitum: creatum vel increatum: ergo conceptus entis de deo est alius a conceptu finiti vel infiniti: et sic ille conceptus est communis finito vel infinito: cum tam finitum quam infinitum possit cognosci sub conceptu entis dubitando de finitate vel infinitate. ¶Similiter formetur ratio de substantia et accidente quod ens sit vniuocum eis: quia stat scire de aliquo quod est ens dubitando esse accidens vel substantiam. ¶Secunda pars huius dicti patet: nam ex realitate a qua summitur entitas siue conceptus entis et ex infinitate constituitur ens infinitum: quę constitutio nullam potentialitatem nec imperfectionem dicit: ꝛ sic conceptus deꝰ non est simpliciter simplex: et ex realitate entis ꝛ finitate constituitur ens finitum. Ex entitate finitate ꝛ perfeitate constituitur substantia generalissimum substantię: et alius modus intrinsecus per accidens determinat ad nouem predicamenta: sed ꝓ cō stituendo quolibet generalissimo opus est altero modo intrinseco peculiari.

¶Secundū & tertium dictū sic patent, nā Scotus loco citato dicit ens habere duplicem primitatem communitatis scilicet ꝛ virtualitatis. Primam dicit reperiri in conceptibus enumeratis in secundo dicto quibus quia resolubiles sunt est communis quiditatiue. Secundam dicit reperiri in vltimis differentijs ꝛ passionibus propijs entis in hoc sensu quod omnia illa quibus ens non est commune quiditatiue sunt de quiditate eorum quibus est ens commune quiditatiue: vel virtualiter continetur in illis: quibus est commune ens quiditatiue.

¶Et sic inquit Scotus, est cōmune illis vt determinabilis ad determinantes: vel denominabilis ad denominantes. Ratio quare ens non ingreditur quiditatiue constituendo vltimas differentias est quia tunc esset procedendum in infinitum in conceptibus resolubilibus quod est contra suam doctrinam ꝛ contra veritatem: vel conceptus vltimarum differentiarum est simpliciter simplex ꝛ irresolubilis: sic quod constituit ꝛ nō constituitur: quod ens autem non constituit quiditatiue proprias passiones entis sic patet passio per se secundo modo prędicatur de subiecto. primo posterio. ergo subiectum ponitur in diffinitione passionis sicut additum patet per Aristotelem primo: ꝛ septimo metaphisi. ergo ens in ratione suę passionis cadit vt additum habet enim passiones proprias: patet per Aristotelem septimo metaphisic. Si igitur cadit vt additum: ergo non est per se primo modo in ratione quiditatiua eorum. ¶Et si arguatur per suam rationem: stat esse certum de illis differentijs vltimis quod sint entia dubitando an sint vltimę differentię an non: ergo illis ꝛ non vltimis datur aliquis conceptus quiditatiuus communis: patet per similem modum arguendi quo concludit deo ꝛ creaturę aliquid commune quiditatiue. ¶Ad hoc respondet Scotus quod licet aliquis sit certus de talibus quod sint ētia: hoc non est quiditatiue: sed per accidens: nam cum sint conceptus simpliciter simplices: ex sed contradictio quod aliquid ingrederetur quiditatiue constitutionem illorum.

¶Et si quis arguat: magis conueniunt duę differentię vltimę adinuicem quam vna illarum cum aliquo alio ergo per aliquid conueniunt ex principio quo Scotus nititur probare esse vniuersalia secluso operatione intellectus. Etiam per aliquid differunt: ergo illud quo differunt erit de quiditate. Ad hoc dicunt quod seipsis differunt et cum sint conceptus simpliciter simplices secundum Scotum debet concedi quod non cuilibet conceptui formali correspondet semper vnitas conceptus obiectiui patet de conceptu repręsentante omnes differētias vltimas.

¶Ex his colligit̄ ꝙ licet ens sit vniuocū ad omnia entia realia: non tamen dicitur vniuoce de omnibus nisi de illis in quorum conceptu ingreditur quiditatiue. Hoc habetur ab scoto in primo distinctione secunda questione tertia: ꝛ in tertio distinctione septima: questione prima: vt superius est visum vbi agebatur de vniuocatione secundum Scotum. ¶Secundo sequitur quod licet de omnibus prędicetur non tamen de omnibus de per se: sed de aliquibus de per accidens denominatiue scilicet respectu illorum quibus ens est cōmune: vt determinabile vel denominabile.

¶Et si qs arguat ꝙ Arist. vij. metaphy dicit ēs dici de entib⁹ sicut sanum de animali vrina ꝛ cibo.

Sed sanum dicitur de his sanis analogice: ergo ens de entibus analogice ergo contra Aristo. ¶Item. vij. physi. dicitur in genere latent equiuocationes: ergo a fortiori in ente cum ens sit commune omnibus generibus. ¶Item Porphyrius: si quis omnia entia vocet: equiuoce inquit nuncupabit.

¶Ad primū respondetur secūdum Scotū ꝙ philosophus. x. meta. concedit ordinem essentialem inter species eiusdem generis: cum ibidem velit in quolibet genere esse vnum primum/ quod est mensura ꝛ mēsura omnium aliorum contentorum sub illo genere. Et ꝙ omnia alia habent attributionem ad illud in illo ordine/ et tamen non obstante hoc ordine inter species eiusdem generis debet assignari vnus conceptus generis quiditatiue dicibilis de omnibus illis speciebus/ alias non esset aliquid genus nec illę species pertinerent ad idem genus. Et sic inquit Scotus quod omnes auctoritates in physica vel meta. quę videntur sonare equocationem entis/ vel equiuocationem in genere sunt intelligende equiuocatione physica/ quia ibidem non reperitur vnitas naturę. Cum qua tamen stat vnitas conceptus abstrahibilis ab eis. Et conceditur etiam vt sentit Aristote. vij. metaphysi. ꝙ omne accidēs habet attributionem ad substantiam/ tamen ab hoc ꝛ ab illo potest vnus conceptus communis abstrahi. Et per hoc respondetur etiam ad secundam auctoritatem que addducitur. vij. physi. Ad auctoritatem Porphyrij dicit Scotꝰ qō nusq̄ est apud Aristo. immo. vij. meta. dicit ens dici multipliciter/ ꝛ dicit non dici equiuoce.

¶Pro denominatiuis.

VAERITVR quę dicuntur denominatiua que possunt facere prędicationem denominatiuam/ ꝛ a quo dicunt denominatiua. More tolito decidetur questio conformiter ad tres vias.

¶Pro opinione Scoti est notandum ꝙ secundum eum in. ij. seu. dist. xij. q. j. Prędicatio denominatiua est duplex/ quędam est in qua accidens prędicatur de subiecto in concreto: vt hoc corpus est album: ꝛ hęc appellatur ab Scoto prędicato accidentis ad subiectū. Altera dicitur formę ad suppositum eiusdem naturę: ꝛ est prędicatio formę non acceptę in abstracto nec secundū rationem quiditatis absolute: sed quasi in concreto per cadentiam formę ad suppositum naturę proprię: secundum quod dicimus homo est animatus: nō homo est animal: ꝛ hoc modo omnia superiora dicuntur de inferioribus: vt sortes est homo: homo est animal non autem sortes est humanitas: nec homo est animalitas: hęc Scotꝰ in solutione ad primum. ¶Et cōformiter ad hoc tenet in quodlibet. q. iij. quod prędicatio denominatiua dicitur ꝓ se ꝑmo modo: quoniam de composito ex susceptiuo ꝛ forma prędicatur denominatiuum siue concretum formę si compositum sit per se vnum quantū ad conceptum: sicut homo dicitur rationalis siue animatus per se primo. Altera est prędicatio per se secundo modo siue per accidēs: quia denominatiuum prędicatur nō de toto includēte formam: sed de susceptiuo recipiente formam: vt corpus quod est altera pars compositi: dicitur denominatiue ā⁹ matum. Et autem magis innotescāt ista de concretis siue denominatiuis erit videndum de abstractis notādo primo quid sit abstractio.

¶Abstractio est duplex, quędā realis quędam rationis. Realis vocatur illa quando ponitur vna res ꝓter aliam existere quacumq̄ intellectus operatione secluſa: ꝛ potest exemplificari de abstractione idearum secundum modum dicendi Platonis. Et hoc modo abstractionis: nec natura abstrahit a supposito: nec accidens a subiecto: ꝛ hic modus repręhendit ab Arist. in multis locis.

¶Altera est abstractio intellectus quæ fit ꝓ intellectum prescindendo ab altero per cognitionem: et hoc tangitur ab Aristo. ij. physi. Et est duplex/ precisiua ꝛ diuisiua. Precisiua est abstractio non naturę separatę ab alia in re: sed naturę sub aliquo modo considerandi priori seipsa sub modo posteriori simplici intellectus operatione. Et cognitio qua humanitas cognoscitur sine differentia individuali: aliam licet in re sint coniunctę separantur tamen cognitione: nam humanitas cognita sine differentia individuali prior est ipsa cognita vt cōtracta. Et de hac abstractione: loquebatur Arist. ij. physico. dicens abstrahentium non est mendacium: ꝛ hanc dicebat latuisse Platonem facientem ideas separatas. Altera est diuisiua qua cognoscitur vnum non esse aliud ꝛ in hac bene reperitur mendacium cum sit propositio negatiua: et de abstractione ista precisiua intelligimus cum fiat sermo de abstractis.

¶Quēadmodū tangit Scotus. j. sen dist. v. q. j. In tribus potest fieri abstractio. per intellectum scilicet in substantia: in accidenti absoluto: in accidente respectiuo. Et sic est triplex abstractum: scilicet a supposito tantum: a subiecto ꝛ supposito: a subiecto fundamēto ꝛ supposito simul. Abstractum a supposito tantum: est id quod cognoscitur per intellectum sine differentia contrahente ad propriū suppositum: et quoniam substantia non respicit nisi proprium suppositum: nec reperitur nisi in proprio supposito de communi cursu: ideo tamen potest abstrahi a supposito et hęc abstractio dicitur vltimata quia non potest fieri vlterior. Et etiam vbi ponunt fieri plures: hęc est vltima: scilicet quę fieri potest a supposito vt vltimꝰ humanitatem abstrahi a supposito: quando concipitur hoc conceptu humanitas scilicet prescindendo ab vltimis differentijs. Abstractum a subiecto ꝛ supposito: simul contingit in accidentibus absolutis quę concernunt suppositā alterius naturę: ꝛ etiam singularia propria. Sicut album concernit lignum: ꝛ sic cognoscendo albedinem sine ligno abstrahimus a subiecto. Sed quia albedo respicit proprium individuum proprię naturę: ideo potest abstrahi a supposito: si cognoscamus quiditatem albedinis sine differentia contrahente talem quiditatem: ꝛ cum opus sic circumloquio sic cognoscetur hoc conceptu quiditas albedinis: ꝛ quoniam nil aliud respicit appellatur ea abstractio vltimata. ¶Abstractio a subiecto fundamento ꝛ supposito mul contingit in accidentibus respectiuis: pro quanto respiciunt subiectum fundamentum ꝛ suppositum: exē plum: hoc concretum quod est causa dicitur de igne (qui causat calorem in ligno) vt de subiecto: et facta hac abstractione remanet cōcretio ad fundamentum quod est calorifica calor est potentia causandi calorem ꝛ non ignis. Et potest fieri vlterior abstractio a supposito: cognoscēdo quiditatem causalitatis: ꝛ hęc nec dicitur de subiecto quod est ignis nec de fundamento quod est calor: nec de proprio supposito: ꝛ dicetur hęc postrema vltimata abstractio. ¶Notandum est in his abstractionibus: quod abstractum non verificatur de eo a quo abstrahitur. Et sic vltimate abstractum non verificatur

nisi de ipsomet cum sit cuilibet alteri extraneum: et hoc
Auicena. pretendebat Auicena. v. meta. quod equinitas est tantū equinitas ⁊ nil aliud.

¶ Cōformiter ad hęc ponit ab Scoto loco prędallegato propositio quę in sua doctrina habetur regula nimis doctrinalis. Quandocunq; est subiectum abstractum vltimate abstractione: ⁊ prędicatum ex sua ratione dicit prędicationem formalem: non potest propositio esse vera nisi sit per se primo modo: ⁊ ideo dicit hanc falsam essentia generat humanitas est alba. Pro quo notandum est quod in diuinis substātiua possunt dupliciter prędicari: quandoq; formaliter quandoq; per identitatem: sed si adiectiua ponuntur de necessitate formaliter ⁊ non identice prędicantur. Nam ex hoc q; adiectiua sunt significant formam per modum informantis: ⁊ ideo de nullo vere dicuntur nisi quod se habet per modum informati de quo videlicet formaliter dicuntur: nō tantum adiectiua nomina: sed participia ⁊ verbi Semper enim in tuo modo significandi includunt adiacentiam: ⁊ modum formalem respectu alicuius talis suppositi vel denominatiui: quod ergo prędicentur identice est ipsa prędicari modo opposito suo modo prędicandi proprio.

¶ Cōtra hac regulam Scoti instatur probando quod sit falsa: nam ista conceditur vera/essentia communicatur filio: ⁊ ista etiam essentia diuina videtur ab intellectu creato: ⁊ ista essentia creat. Et tamen in istis prędicatum est verbum vel participium quod nō est natum prędicari nisi formaliter: ⁊ nulla est in primo modo dicendi per se: igitur regula falsa. Item ista conceditur deitas est bonitas: deitas est paternitas: igitur.

¶ Preterea in creaturis conceduntur hę: equinitas distinguitur ab homine: ⁊ eqnitas est communicabilis: igitur regula falsa. ¶ Aliqui respondent de mente Frāciscide Mayrones: quod illa regula debet intelligi in prędicatis positiuis importantibus aliam formalitatem ex natura rei a subiecto: ⁊ primo verificabilibus de
Liche. suppositis. ¶ Aliter respōdet Lichetius concedendo omnes illas falsas: ⁊ subiungit quod si communiter conceduntur quod hoc est magis: quia est in vsu quam quia debeāt cōcedi sed hęc solutio nullius est momenti: cum idem Scotꝰ cōcedat illas ⁊ plurimas alias similes in sua doctrina.

¶ Ideo aliter dico demēte Scoti, p quo notoriū quod ipse habet expresse in. i. distin. viii. q. iii. in solutione ad primum quod in diuinis ⁊ si subiectū sit abstractum vltimata abstractione: ⁊ alterum extremum ab eodem tertio abstrahatur: si vnum extremorum sit formaliter infinitum: cum infinitas in diuinis sit ratio identitatis est concedenda: ideo hoc conceditur/paternitas est deitas: ⁊ econtra: sapientia est deitas ⁊ econtra/sapiētia est bonitas ⁊ sic de aliis/vbi semper ambo extrema sunt formaliter infinita vel saltim alterum/quod si quis inferat hanc debere concedi essentia generat/non sequitur/patet intelligenti. Sed hę non conceduntur paternitas in diuinis est spiratio actiua/quia nullum est formaliter infinitum notandum est vltra quod si prędicatum importet relationem rationis/nil obstat quo minus possit predicari de vltimato abstracto. Nam Scotꝰ a prędicatione vltimati abstracti solum reiecit predicata importantia aliqd reale extra cōceptū vltimati abstracti/vt patet ex loco ⁊ aliis locis. Quibus habitis respondetur q; illę propositiones sunt concedendę da prędicata solū importāt relationes rationis/quę nil reale dicunt extra conceptum subiecti/quod est vltimate abstractum. Si autem adducantur alię propositiones sicut deitas est sapiētia/paternitas ⁊ similes patet ex dictis solutio. ¶ Ergum tum quod formatur in creaturis soluatur secundum modum dicendi Mayronis.

¶ Quot modis dicit abstractū totidem modis dicitur concretum: et etiam denominatiuum. Sed est aduertendum quod in diffinitione Aristo. solum est consideratio de denominatiuis quę in concreto faciunt prędicationem accidentalem: vel saltim non quidditatiuam.

¶ Secūdū Tho. etiam est illa duplex acceptio de abstractione. s. compositionis ⁊ diuisionis: ⁊ de abstractione precisiua colligitur modus dicendi de vniuersalibus vt superius vidimus. Quantum ad aliud de denominatiuis ⁊ abstractis ⁊ cōcretis: parum vel nihil differt a modo dicendi nominalium.

¶ Nomiales & si de cōcretis & abstractis varias soleant adducere acceptiones/in presentiarum communiores in medium adducemus. ¶ Abstractum potest sic diffiniri: est id quo rei conuenit aliqua denominatio concretiua: vt caliditas significat id quo res est calida: sic iste terminus albedo significat id quo res est alba: sic risibilitas. ¶ Notandum est vltra vt melius possint cognosci quę sunt diuersitates abstractorum ⁊ concretorum: quot modis potest aliquid denominari. Primo potest aliquid denominari ratione suę essentię: qua aliquid existit ⁊ est idem quod ipsa res: ⁊ tales denominationes frequenter sunt simpliciter absolutę: vt sunt genera species ⁊ individua prędicamenti substantię. Et horum abstracta significant synonime idem cum suis concretis: vt homo ⁊ humanitas sunt termini synonimi ⁊ sic de aliis. ¶ Secundo potest aliquid denominari a parte essentiali: quemadmodum homo dicitur rationalis a parte essentiali ⁊ etiam materialis ab alia parte essentiali: ⁊ sic rationale ⁊ rationalitas non sunt synonimi. Nam rationale pro homine supponit rationalitas p anima. Etiam materiale pro homine: ⁊ materialitas p corpore. ¶ Tertio modo aliquid potest denominari a forma accidentali inhęrente subiecto: ab eo realiter distincta: ⁊ tale abstractum secundum communius loquētes est absolutum: licet possit accipi connotative: vt habet Aristo. in. ij. meta. sicut res se habet ad esse sic ad cognosci: vt iste terminꝰ albedo scientia ⁊ similes. ¶ Quarto potest denominari ab aliquo quod nō est in illo qō denominatur: vt relativa tam pertinentia ad prędicamentum ad aliquid q; ad alia prędicamenta: vt pater/agens/locatus risibilis: ⁊ sic de aliis similibus. ¶ Quinto potest denominari aliquid ab eo q; non est: vt cecum/surdum: ⁊ sic de aliis: a cęcitate ⁊ a carentia auditionis.

¶ Et si quis quęrat abstractū in his assignatis pro quo supponit: respondetur vel est positiuum vel p̄uatiuum: si positiuum dicitur quod si ab vna sola re sumatur denominatio: supponit pro illa: vt iste terminus albedo: caliditas ꝛc. Si vero a pluribus: non supponit pro aliq; sed pro pluribus: sicut risibilitas quę supponit pro potentia ⁊ pro actu ridendi: vt placet domino Occam in plogo: vel dic q; supponit pro homine cōnotando potentiam ⁊ actum ridendi.

¶ Si vero sit p̄uatiuū, p nihilo supponit vt cęcitas. Et si arguatur/hęc conceditur: cęcitas est p̄uatio visus ergo p aliq; supponit cū sit affirmatiua alioqui esset falsa: q; non est dicendum. ¶ Respondetur q; si illa conceditur: ideo est quia copula est de actu signato: vt tantum valet sicut significat: nam significat negationem visus.

¶ Pro intelligentia textus secūdū omnes tres vias est notandum: quod denominatiuum accipitur tribus modis: quoniam aliud est voce tātum: aliud significatione tantum: aliud voce ⁊ significatione simul. Exemplum primi: vt studiosus ⁊ studium. Exemplum secundi: vt studiosus ⁊ virtus. Exemplum tertij: vt album ⁊ albedo. Et diffinitio Arist. isto tertio modo debet intelligi vt patet: et sic secundum omnes vias potuerit adaptari vera textus intelligentia. ¶ Posset quęri secundum nominales: cum a conuenientia essentiali quę reperitur inter sortem ⁊ Platonem potest abstrahi cōceptus specificus repręsentans omnia illa que taliter essentialiter possunt conuenire: quare potius abstrahitur ille conceptus specificus quam genericus: ⁊ est ratio difficultandi ex hoc nam conceptus sortis ⁊ Platonis naturaliter mouent intellectum: etiam intellectus naturaliter agit: quare igitur causabitur potius specificus quā generic⁹: et sic vel ambo simul vel nullus. Ad hoc forte est dicendum: quod quia abstrahere est actꝰ intellectꝰ: quod si intellectꝰ cognoscat in sorte perfectionem competentem illi quia homo est: ⁊ tantūdem in Platone: quod mouetur ad causandum conceptum dependentē tantum ex illa conuenientia: scilicet conceptum specificum. Si vero tam in sorte quam in Platone cognoscat perfectiones illis competentes: non quia homines sed quia animalia: tūc abstrahetur conceptus communis genericus: ⁊ sic potest patere solutio. Sed contra hoc est replica: perfectiones illę cognitę in sorte ⁊ Platone quę illis competunt secundum q; homines sunt: si sunt sufficientes ad hoc vt abstrahatur conceptus specificus: a fortiori vt abstrahatur genericus: nam id quod est sufficiens concludere aliqua esse homines: a fortiori sufficiet ad concludendum eadem esse animalia: cum esse hominem necessario prę supponat esse animal: et argumentū potest procedere de quocunq; conceptu superiori ad specificum. Ad hoc forte aliquis recurreret ad libertatem qua intellectus est participative liber: sicut solet dici quādo causatur actus sincathegoreumaticus sic iste q; non alius. Sed videtur aliter esse dicendum quod perfectiones illę cognitę in sorte ⁊ in Platone/secundum quod homines sunt/causant primo conceptum specificum/quia cum agāt naturaliter ⁊ respectu potentię bene dispositę ad recipiēdum perfectiorem effectum causant p fectiorē effectū primo quē possunt/licet postea possit abstrahi conceptus cōmunior ab illo effectu causato. Potest etiā dici/q; conceptus genericus prę supponit vnū vel duos specificos/⁊ ideo conceptus illi singulares primo causant cōceptum specificum & genericum.

¶ Dubitaf vtrū ois cōceptꝰ absolutꝰ abstrahaf a cōuenientia essentiali/⁊ ois abstractꝰ a cōuenientia essentiali sit absolutus. Rndef ab prima parte dubij/qō nō ois cōceptus absolutus debet abstrahi a cōuenientia essentiali partium scientialium/patet de cōceptu accidētium absolutorum scilicet albedinum ꝛc. Patet etiam de cōceptu rerum indiuisibilium absoluto. Ad secundam partem dubij respōdetur/quod aliquis cōceptus sumptꝰ a cōuenientia essentiali est absolutus/patet de cōceptu hominum/nō tamē hominis/patet de hoc cōceptu rationale/⁊ etiā materiale. Qualiter debeat diffiniri cōceptus absolutus ex ijs potest colligi/etiam potest patere qualiter abstrahi debeat.

¶ Dubitaf vlterius cōceptꝰ connotatiuus qualiter abstrahitur. Pro solutiōe huius dubij est aduertendum q; cōceptus cōnotatiuus est in duplici differentia/quidam est verus/alter fictus/verus dicitur qui potest abstrahi cum sit incomplexus a cōuenientia essentiali vel accidētali dicitur incomplexus vt secludamus terminos infinitos ⁊ cōditionata. Nam cum dicantur tam de eo quod est q; de eo qō nō est non summitur illi cōceptus a conuenientia essentiali vel accidētali sed ex tali cōexione partium cōstituentium tales terminos.

¶ Gregorꝰ de arimino in primo sen. distin. ij. q. iij. arti. j. ⁊ Occam in. distin. j. ij. q. viij. in solutione ad quartū dubiū tenent conceptus cōnotatiuos ⁊ infinitos significare ex institutione ⁊ ad placitum ⁊ non naturaliter propie aliquid. Ratio Hzeg. est: de ratione conceptus naturaliter propie significantis est importare illud pro quo potest supponere: sed notum est conceptum cōnotatiuum consignificare id: pro quo non potest supponere: igitur. Relinquit tamen Hzeg. sub dubio: si institutio vocum prę supponitur ad conceptus: vel ecōtra conceptum institutio ad voces de connotatiuis loquendo. Ratio Occam videtur esse ex hoc q; nulla res repręsentat quod conceptus tales cōnotatiui formaliter repręsentāt: ergo videtur quod talis significatio ortum habeat in mente ex institutione ad placitum conspicētis: et ibidem tangit Occam modum significandi syncathegorematum ⁊ verborum ⁊ qualiter tales modi significandi habentur. Et per hęc patet secundum primarios nominalium in mente vltimata reperiri significationē ad placitum: sane tamen intelligas: opportet.

¶ Dubitatur vlteriꝰ an aliquis cōceptꝰ cōnotatiuus significet aliqua duo eiusdem speciei: ⁊ nō omnia. Dicitur ab aliquibus quod si quilibet terminus potest incomplexe significare: quod alius complexe significat: quod cum hoc disiunctum sortes vel Plato solū sortem ⁊ Platonem significet: q; alius terminus incomplexe significans tantum quantum hoc significaret solos illos: nec opus est haberi pro inconuenienti: siquidem ille conceptus non summitur a conuenientia: sed ex significatione disiuncta: sed difficilius posset difficultari si cōceptus cōnotatiuus summatur a cōuenientia accidētali: an possit aliquis cōceptus cōnotatiuus sic repręsentare duos hoīes qō nō alios: ⁊ videtur quod nō. Nam ois cōuenientia accidentalis quę potest reperiri inter duos homines potest inter quoscunq; alios: igitur nō potest aliquis talis conceptus sumptus a conuenientia accidētali sic repręsentare duos: quin alios repręsentet. Respōdet sine vlteriori processu: quod sortes ⁊ Plato cōuenientia accidentali sumpta a proprietatibus individualibꝰ vtriusq; possunt sic accidentaliter cōuenire: qualiter nō possunt alij duo homines: patet intelligenti collectionem p prietatum: quę in vno individuo reperiuntur non posse in alio reperiri: ⁊ sic ab illa abstrahetur conceptus repręsentans sic illos: q; non alios incomplexe ⁊ connotative qualiter nō contingeret si illa cōuenientia abstraheref ab accidētibus communibus.

¶ Cōceptꝰ vero fictus est is quem intellectus effingit prę suppositis conceptibus veris ex quibus effingit vt liber quoddā fictum cui nil correspōdet a parte rei: vt quis habens cōceptum castri ⁊ aeris effingit castra in aere: etiam quis habēs notitiam flubij ⁊ lactis effingit fluuium lacteum: ⁊ sic sit cōceptus chimere: nā ex pluribus veris conceptibus: postea effingit monstrū horrendum: quod implicat esse in re quale effingitur. Nam connotatio illa inuoluit quid repugnans. Aliqui ⁊ bene faciunt difficultatem inquirendo quid cōnoteter: chimera: ⁊ dicūt quod apparet inexplicabile: nam si dicas vt aliqui dicunt quod significat quodlibet ens cum cōnotatione repugnanti: ⁊ q; cōnotatio sit cōnotare quod sit compositum ex impossibilibus: iam illa explicatio est falsa ⁊ impossibilis.

¶ Mihi tamen videtur q; cōnotatio huius termini chimera ⁊ cuiuslibet termini connotantis est repugnantia sit talis vel proportionata/compositum ex possibilibus imaginatis vnitis ab intellectu/impossibili modo: et sic poterit dici hunc terminum chimera significare qōlibet ens: cum cuilibet enti intellectus possit

adaptare compositum ex possibilibus imaginatis vnirī impossibili modo: et ꝙ chimera est terminus incomplexus connotatiuus significans omnem rem mūdi ꝛ omne imaginabile: nō ꝓpter aliquid quod a parte rei omnib⁹ entibus: ꝛ ijs quę nō sunt: participetur. Sed quia intellectus ex quo potest adaptare talē cōnotationē: nō solū ijs quę sunt: sed omni imaginabili. Solet quęri humanitas quando dicitur abstractū huius termini homo ille terminus homo qualiter accipitur.

¶ Pro solutiōe notādū est ꝙ iste terminus homo potest accipi connotatiue ꝛ absolute. Absolute dupliciter. Uno modo vt dicit compositum ex corpore ꝛ aīa rationali: siue sit suppositum siue nō: ꝛ hoc modo humanitas assumpta a verbo: bene dicitur homo. Et si alicubi apud aliquem sanctum reperitur ꝙ deus assumpsit hominem: in hoc sensu intelligitur. Secundo modo absolute/accipitur ꝓ supposito composito ex corpore ꝛ anima rationali: ꝛ in hoc sensu intelligitur apud theologos in tū. ꝙ deus non assumpsit hominem sed humanitatē. Et in hac acceptione accipiēdo illā tm̄ū homo: homo et humanitas sunt concretum ꝛ abstractum. Et isto modo illi duo termini nō possunt simul verificari de eodem licet bene primo modo. Et quādo dicitur ꝙ sunt synonimi accipiūtur primo modo. alio modo accipitur cōnotatiue: et sic supponit ꝓ verbo cōnotando ꝙ habeat humanitatem sibi vnitam hypostatice: et sic concedit̄: deus est homo: idest substentans humanitatem ineffabili vnione.

¶ Et si quis arguat: seq̄t̄ ꝙ ille terminus homo in primis duabus acceptionibus esset termin⁹ cōnotatibus: patet si verbum relinqueret humanitatem: iam humanitas diceretur homo in secunda illarum duarum acceptionum ꝛ ante nō dicebatur: non ꝓpter defectum significati materialis vt notum est: quia eadem res numero est ꝛ nil acquisiuit secundum nominales: ergo est ratione significati formalis: ergo est terminus cōnotatiuus. Etiā si iterum assummeret vel assummeret humanitatem alicui⁹ hominis: iā illa humanitas nunc est homo/vt homo est nomē suppositi/ꝛ tamen post assumptionem desinit esse homo nō ꝓpter defectū significati materialis vt est ꝙ notū/ergo ꝓpter defectū significati formalis. Et ꝓbo oēs has cōsequentias/ꝑ quādā regulā suppositionū/quādo aliquis terminꝰ supponit ꝓ aliqua re/et postea nō supponit ꝓ illa re/est vel defectu significati formalis vel materialis/nō ꝓpter defectū secundi/ergo ex defectu primi. Simile argumentum similiter formatur de isto termino sortes/ꝛ veniq⁹ de isto termino homo absolute accepto/ꝛ quolibet termino sub illo cōtēto/quia cum materia ꝛ forma sunt vnitę iste terminus sortes supponit ꝓ illis/sed illis separatis desinit supponere non defectu significati materialis cum maneant eedem partes/ergo defectu significati formalis. ꝓbatet per regulam iam dictam suppositionum. ¶ Ad primum argumentum respondetur ꝙ ille terminus homo est absolutus in primis duabus acceptiōib⁹ ꝛ dico ꝙ in secunda acceptione significatū immediatū illius termini homo est suppositum/ꝙ habet corꝓ ꝛ aīam rōnalem ꝛ quando tale significatum materiale est/ille termin⁹ homo in secunda acceptione supponit: quando vero non/desinit supponere. Non ꝓpter defectum significati formalis sed defectu significati materialis immediati. Et si dicas materia ꝛ forma sunt/ergo significatum materiale manet. De mediato verum est non tamē de immediato.

¶ Consimiliter debet solui arg umētū de isto termio sortes. Et si quęras quę distinctio est inter mediatum ꝛ immediatū/dico quod rationis. Et si arguas/talis non sufficit variare veritatem ꝓpōnis/falsum est. Nam sortes et sortes sedens/sola ratione differunt/et tamen certū est ꝙ stat vnum supponere altero non suponēte: esse est de mediato et immediato ꝙ stat vnum supponere altero non suponente.

¶ Cōtra dicta potest esse difficultas de abstractione conceptuum absolutorum substantiarū: qui videntur non posse abstrahi cum ꝓ isto statu nō possit cognosci substantia aliqua particularis. Sed hoc posset dici: q̄d sit ꝓ isto statu: satis esse cognitionē vnius substantię vel plurium essentialr cōuenientiū: esse sufficientem ad abstrahendū cōceptū cōmunē repūtatiuū oim substātiarū: quę taliter possunt conuenire: respectu intellect⁹ qui tales cognitiōes de substātia pōt formare. Sed nūquid poterit dari cōcept⁹ cōmunis absolut⁹ ꝓ isto statu repsentatiu⁹ substantiarum: potest dici secundū illos qui tenēt animā se cognoscere intuitiue: q̄ si sufficiat cognitio vni⁹ substantię: vt sufficit ad abstrahendum cōceptum cōmunem: dicetur ꝙ potest abstrai concept⁹ communis absolutus substantiarū. Uel aliter potest dici: ꝙ ꝑ abstractionē/vt q̄dā doctor parisiēsis omni erudictiōe refertus deducit supponēs ꝙ ab specie vni⁹ indiuidui nata est causari notitia communis illi indiuiduo: et alijs cum eo cōuenientiā ꝓfitibus. Secūdo supponit ꝙ ex diuersis notitijs cōmunib⁹ contingit cōpoi notitiā cōplexā adequatā vni. Et a tali notitia cōplexa: aat̄ꝙ composita potest abstrahi notitia simplex adequata illi cui erat adequata illa complexa. ꝓponit exemplū a specie alicui⁹ boni creati potest causari notitia communis oīm̄ib⁹ bonis ꝛ ab specie alicuius summi creati potest causari cōcept⁹ communis omnibus summis cuiuscunq⁹ speciei magnitudinis. Ex quibus duabus notitijs communib⁹ cōflat notitia respondens huic complexo summū bonū: adeq̄ta deo. Ex qua abstrahi potest notitia simplex q̄tus connotatiua deo adequata. Ex qua connotatiua per vlteriorē abstractionem atq⁹ denudationem potest abstrahi simplex notitia absoluta adequata deo: ꝛ talis est mod⁹ indꝰ quo intellectus eleuatur in cognitionē substātiarū: quę non cognoscuntur intuitiue. Consimiliter ꝛ facilius potest dici de cōceptu aliarū substantiarū: ꝙ potest bene fieri cum intellect⁹ sit potēs cōponere plures cōcept⁹ et postea denudare et abstrahere: sed certe difficultas est bōa vide qualiter melius dicatur

¶ Diffinitiōes equocorū & vniuocorū secundum omnes varios modos dicendi liquent ex enodatis in superioribus quę eruditus lector applicabit.

¶ Diffinitio denomiatiuorū dat̄ de denominatiuis re ꝛ voce: de quibus quę sunt iam diximus. Denominatiua dicunt̄ quę sumūt appellationem ab altero. i. id qō de cōnotato importāt: ꝛa quo taliter denominatur: aliud vocabulū importat ꝓcipaliter: hoc vero q̄si deductiue ꝛ derivatiue. Et albū summit appellationē, i. denominationē ab albedine: quę principalius importat̄ per hunc tm̄ albedo: non obstante ꝙ si attendam⁹ modum p̄dicandi et significationem p̄dicamētalē eius: etiā est principale huic termino album albedo: cum ratione illius connotati sit p̄dicabile ꝛ reponatur in p̄dicamēto: requiritur quod solo casu hoc est desinentia ꝛ terminatiōe desideat hic terminus album ab hoc termino albedo: ꝛ sic debet intelligi in alijs concretis re ꝛ voce. Hęc de primo antep̄dicamēto quod est diffinitio cum declaratione difficultatum quę communiter traduntur secundum tres variantes scholas.

¶ Sequitur textus.

De complexis; & incomplexis.

EORVM QVE dicūtur alia quidē secundū cōplexionē dicunt̄: alia vero sine cōplexione. Et ea igit̄ q̄ secūdū cōplexionē dicuntur sunt: vt hō currit, hō vincit. Ea vero q̄ sine cōplexione dicūtur sunt: vt hō: bos, currit, vincit. Eorū q̄ sūt: alia de subiecto aliquo dicunt̄, in subiecto vero nullo sunt. Vt hō de subiecto q dē dicitur quodā homine: in subiecto vero nullo est. Alia aūt in subiecto q dē sūt, de subiecto aūt nullo dicūtur. In subiecto vero esse dico ꝙ cū in aliquo sit nō sicut q̄ dā pars, ipossibile est esse sine eo i quo est. Vt q̄dā grāmatica in subiecto quidē est in aīa: de subiecto vero nullo dicit̄. Et hoc alū in subiecto quidē est corpore. Omnis em̄ color in corpe est. Alia vero de subiecto dicūtur, & in subiecto sunt. Vt sciētia in subiecto q dē est in aīa, de subiecto vero dicitur: vt de grāmatica. Alia vero neq⁹ in subiecto sunt/neq⁹ de subiecto aliquo dicūtur. Vt quidā hō, & quidā equus. Nihil em̄ taliū neq⁹ in subiecto est; neq⁹ de subiecto aliquo dicit̄. Simplr aut̄ q̄ sunt indiuidua, & nūero singularia: de subiecto nullo dicunt̄. In subiecto aūt nihil aliqua prohibet esse. Quędā enim grāmatica in subiecto est: at de subiecto nullo dicitur.

¶ Vt superius insinuabat̄: hęc antepredicamenta peculiaria quędam principia sunt sciendę predicamētalis: ꝛ iam agendum occurrit de secundo antepredicamēto quod est diuisio: in quo. Arist. ostendit secernere complexa ab incomplexis: siue quia complexorum cōsideratio ad librū ꝑyhermenias spectat: ꝛ hic liber tantummodo est incōplexorum. Siue quia cognitis incōplexis facilis est cognitio complexorum. Et ideo videtur mens Aristotelis esse: sola incomplexa esse reponenda in antepredicamentis.

¶ Pro maiori intelligētia huius antepredicamenti. ꝓmo videndum est quid intelligamus ꝑ complexionem. Et secundo videbitur vnde sumatur cōplexio. Tertio virum omnis complexio impediat terminum poni in predicamento.

¶ Ad primū dubiū respōdetur ꝙ in presenti cōsideratione. Aristoteles non de quacūq⁹ complexione intendit: sed de ea ꝑ qua verum vel falsum est: et etiam de complexione distantiſic sez ꝙ omnis propositio ꝛ omne complexum complexione distāti/dicitur habere complexionē impedientem positionem in predicamento: ꝛ omnis terminus incomplexus siue complexū cōplexione indistanti dicitur in ꝓposito sine complexione dici. Et hoc persuadetur exemplis. Primo loquens de complexione exemplificat ponendo ꝓpositionem. Et exemplificans de incōplexione hos terminos ponit: homo: bos: currit: vincit.

¶ Ex quo sequit̄ ꝙ licet credā verba adicta esse incomplexa secm̄ Aristo. vt videbitur in primo ꝑihermenias: non tamē hinc colligitur vt aliquib⁹ placet: nam ꝛ si sit terminꝰ complexus in hoc sensu: q̄s subordinet̄ pluribus terminis: in presenti consideratiōe si ne cōplexione reputabit̄: cum nec sit ꝓpositio nec complexum cōplexione distanti. Et quod ꝓbendat hic Aristo. complexionē in qua reperit̄ veritas vel falsitas/patet per id quod dicit Aristo, dicit in diuisione p̄dicamētorum. Per se quidē horum singula si dicant̄: nullę sint affirmationes prorsus aut negationes: at si complexe dicant̄ affirmatio fit aut negatio: omnis enim affirmatio aut negatio aut vera aut falsa esse videtur. at nullum eorum quę incomplexe dicuntur: aut verum est aut falsum vt homo: album: currit, vincit. hęc Aristo. Ex quo clare habetur: quid per complexionem/ quid per incomplexionem senserit.

¶ Ad secundū dubiū respōdetur: ꝙ complexio in voce ꝛ scriptura regulanr̄ per complexionem mentis: sic ꝙ ideo appellamus aliquam vocem vel scripturam complexam: quia in mente aliqua complexio respondet in significando. Nec satis est correspondere in consequendo aliquod complexum in mente. Sed manet vltrior difficultas: quomodo cognoscemus aliquid esse complexum in mente vltimata. Respondetur ꝙ propositiones.

¶ Prima est: nō requirit̄ ad aliquid esse cōplexum in mente vltimata: ꝙ componatur ex partibus diuersarum rationū: patet. Secūdum omnes: assensus cum sit p: opositio est quid complexum: tamen est simplex in essendo secundū omnes. Secundum etiam Gregorium omnis mentalis vltimata est simplex qualitas ꝛ tamen est complexa.

¶ Secūda ꝓpositio: ad aliquid existens in mente esse complexum requiritur: vel ꝙ componatur ex partibus significatiuis diuersarū rationum faciētibus debitum aggregatū: vl ꝙ vi intellectus illius intelligat aliquam vel aliquas res in ordine ad se vel ad aliā vel alias res componi vel dividi. ꝓmū ponitur propter complexa quę non sunt ꝓpositiones vel propter ꝓpositiones quę non sunt assensus. Secunda pars ponitur propter assensus: qui sunt qualitates simplices in essendo.

¶ Secundū Gregorium esset bona difficultas explicare complexionem propositionis vocalis vel scripte per mētales: cum non ponat complexionem in essendo in propositionib⁹: etiam si ista littera. a. valeret quantum homo est animal: esset bona difficultas: quid est dicere: illam habere partes equivalenter: cum nec in mente sint partes: ꝛ ideo sunt bonę hę difficultates: quia apparet non posse terminari sine circulatione: sed ad has ꝛ alia difficiliora vel ex his dictis potest̄ respondeti: vel recurratis ad illud quod diximus quando mentem Grego. disputauimus in illa quęstione de mentali vltimata: an sit simplex qualitas.

¶ Quidā Parisiēsis tenet hos termios chi

mera hircoceruus ꝛ similes: non posse esse incomplexos secundū modum significandi quē habent: sed ꝙ in hoc deficiat ex dictis cōstat: nec rationes eius soluo: cum nec physice nec logice innitantur.

¶ Ad tertium dubiū dicitur, ꝙ cōplexio quę est compositio vel diuisio tollit aliquid poni in prędicamēto: quia non potest tale cōplexum subiici vel p̄dicari in prędicatione quidditatiua. Si vero fuerit complexū ꝙ secundū omnes connotationes possit simul subiici vel p̄dicari quidditative vel secundum quācunq; illarum cōtingant: talis complexio nō impediet. Hic infertur ꝙ nullum complexū vbi ponitur syncathegoreuma aliqō/ videtur ptinere ad aliquod prędicamētū. Et si in p̄dicamento actionis aliquod verbū videat poni hoc est solū rōne participij. Et si dicas ꝙ cęnans includit syncathegoreuma qz includit ly/ꝛ. Ad hoc dr ꝙ secundū ꝙ incudit ly/er/ad nullum p̄dicamentum pertinet: sed diuisim cōsiderātur connotationes ad hoc ꝙ ptineat ad aliquod p̄dicamentū. Et sic ratione vnius ptinet ad vnum: ꝛ ratione alterius ad alterū. Et si dicas tunc omne conditionatum copulatū vel disiunctum pertineret hoc pacto ad p̄dicamentū. Dices negando p̄iam: quia ly cęnans habet superiorē quidditatiue: cum reputetur ꝛ sit vnus terminus qō nō contingit de assumptis terminis: ꝛ ille quę cōnotationes sic se habent ꝙ vna est principalis: altera minus principalis: et sic faciunt quodammodo vnam: quod non cōtingit in alijs. Secūdum reales hęc prima diuisio sic intelligit: ꝙ res quodāmodo concipiuntur cognitione quę est compositio vel diuisio: et vt sic non pertinent ad prędicamentū. Alio modo cōcipiuntur cognitione quę non est compositio vel diuisio sed cognitione simplici: ꝛ vt sic pertinent ad prędicamentum quatenus habent esse obiectiuum vt superius vidimus: ꝛ sic patēt exempla.

¶ In scda diuisione vult Aristo, ostendere quę sunt collocāda in prędicamētis: (secundū varietatē quę reperit in p̄dicatione:) siue tanꝑ vniuersalia/ siue tanꝑ individua: ꝛ hoc distinguēdo modū p̄dicandi vniuersalis absoluto; ab vniuersalis connotatiue: ꝛ individuorū absolutorū ab individuis connotatiuis.

¶ Quadruplicē modū p̄dicandi intendit Aristo. in hac diuisione. Unum eorum quę dicuntur de suis inferioribus ꝛ nō sunt in subiecto: sicut vniuersalia absoluta ꝛ differentię substantiales. Secūdum: eorum quę sunt in subiecto ꝛ nō dicuntur de eo: sicut individua connotatiua accidentiū. Tertium: eorū quę sunt in subiecto ꝛ de eo dicuntur: vt vniuersalia cōnotatiua accidē tium. Quartum: eorum quę nec sunt in subiecto nec dicuntur de eo: vt individua prędicamenti substātię: ꝛ individua absoluta accidentium.

¶ Pro intelligēda illa diuisione scdm nominales per dici de subiecto intelligim⁹ prędicari essentialiter directe: esse in subiecto potest capi prime intentionaliter: ꝛ idē est quod inhęrere: secunde intentionaliter: ꝛ idē est quod prędicari accidentaliter: nota ꝙ Aristote. in textu vtitur his vocabulis: quidā homo: quędā grāmatica: per quę debes intelligere vocabula singularia. Circa illam particulam textus in qua dicit: in subiecto vero esse: dico ꝙ cum in aliquo sit non sicut quędam pars impossibile est esse sine eo in quo est. Secundum Boetium nūcupliciter dicitur (esse in alio:) scilicet in loco: in vase: in toto: in partibus: in genere: in specie: in fine: in efficiente vel conseruante: in subiecto ꝛ hoc duplicitер: vel sicut forma in materia: vel sicut accidens in subiecto: in textu accipit in secunda acceptiōe vltimi modi.

¶ Scdm reales dicit de subiecto/ est esse de quidditate alicuius: ꝛ esse vniuersale prędicabile in cōcreto essentialiter directe. Per esse in subiecto intelligunt quod nominales primę intentionaliter intelligebāt. Ex ijs textus innotescit. ¶ Quidam qui nimis nominalis vult videri: facit magnam vim quomodo intelligetur secundę intentionaliter exemplum Aristo. in secundo mē bro: scilicet aliqua grammatica est in subiecto: quia non videtur quomodo in accidentali prędicatione vere prędicetur. Tandem vir alioqui eminentissimus scholasticus asserit abstracta posse prędicari denominatiue: et sic dicit saluari textum: sed hoc nō potest stare. Nam de inferiori non potest taliter prędicari cum illo careat: nec etiam de subiecto cum sit disparata: ergo minus bene saluat. Mō mihi videtur/ est ꝙ ille locus satis est si intelligat primę intentionaliter. Vel si debet intelligi secūde intelligat secundum cōcretum illius abstracti: quia non reputo securū dicere exēplorum nō requiritur veritas.

¶ Sequitur textus.

¶ De regulis. Capᵖ. iiij.

QVANDO ALTE. Regu: rum de altero prędicatur vt de subiecto: quęcūq; (de eo ꝙ p̄dicatur) dicunt̄/ omnia etiā de subiecto dicentur. Vt homo de homine quodam p̄dicatur aīal vero de hoīe: ergo & de quodā hoīe aīal p̄dicabit̄. Quidā enim hō & hō est: & aīal. ¶ Diuersorū generū & non subalternatim positorū, diuersę sunt species: & differētię: vt animalis: & scientię: animalis em̄ differentię sunt grestibile, bipes, & volatile, & aquatile. Sciētię vero nulla earū est. Neq; em̄ sciētia a sciētia differt in eo qđ bipes est. Subalternorū vero generū: nihil prohibet easdē esse differētias. Superiora em̄ de iis q̄ sub ipsis sunt generibus p̄dicātur. Quare quęcūq; differētię p̄dicati fuerint: eędem erunt etiā subiecti.

¶ In hoc tertio ante p̄dicamēto qđ est regula ponit Aristo. duas regulas quibus nititur ostendere quemadmodū per duo principia: modum cōficiendi categorias: ꝛ p̄dicamentorū coordinationes esse impermirtas. Et sic primę regulę intelligentia hęc est: q; quicquid est superius superiore in coordinatione p̄dicamēta inest superius inferiore. Intelligenda est hęc regula in prędicatione de per se quidditatiua: per quam non est dementе Aristo. dare modū arguēdi vt aliqui existimant: sed per hanc regulam tanꝑ per quoddā principium dat modū efficiēdi p̄dicamenta. Et sic inaniter se discruciāt quidā volendo defendere vniuersaliter hunc modum arguēdi esse bonum: qui tantū tenet vniuersaliter vbi est p̄dicatio quidditativa. Mihi tamē magis placet sentētia

doctoris de Ciruelo p̄ceptoris mihi apprime observandi/ quę est ea quam retigi: qui cum diuinarū literarū reverentissimū sit emporiū: in sermocinalibus ꝛ naturalibus disciplinis Aristo. mētem vt acu tetigisse visus est. Si quidē docet amanter ꝛ faciliter/ scribit artificiosissime/ licit resolutissime ac lucidenter.

¶ Scda regula sic daclarat̄, diuersorū generū, scilicet essentię p̄dicamētorū sunt impermixtę. Et sic quicquid proprie per se pertinet ad vnum p̄dicamentum: nequit pertinere ad reliquū per se: quia si cōfunderemus terminos in coordinationibꝰ/ cōtanderē cōnatio: ꝛ sic erraremus in constituendis propositionibus sciētialibus/ quę non possunt bene cōstitui nisi primo nouerimus dicibilia scientialia: quę non cognoscētur nisi sciamus prędicamētorū distinctionem ꝛ impermixtionem. Secūdum etiā reales intelligitur ꝓportionaliter de rebus intelligendo: ꝙ essentię rerum sunt impermixtę: etiā ꝓportionabiliter de rebus intelligit prima regula.

¶ Circa hāc secūdā regulā est difficultas: an res ita se habeat sicut illa regula enunciat ꝛ apparet ꝙ non. Nam a conuenientia essentiali quę reperit inter homines ꝛ leones est abstrahibilis cōceptus absolutus representans homines ꝛ leones. Etiam a cōuenientia essentiali quę reperit inter leonem ꝛ equum est abstrahibilis cōceptus representās leonem ꝛ equū. Ponamus cōceptus vocet̄ a. ꝛ secūdus, b. Jam illi duo cocepꝰ sunt duo genera non subalternatim posita/ ꝛ tamē habent eādem speciem: nam leo continetur sub ambabus. igitur. In oppositum est Aristo. regula.

¶ Pro solutione ad hāc difficultatē adhibēda. videnē mihi tria inquirēda. Primū, vtrū ab omni cōuenientia essentiali inter aliquas res specie differentes possit abstrahi conceptus genericus solum illas representans. Scōm vtrū cōuenientia essentialis quę alicubi inter aliquas res sufficit ad abstrahēdum cōceptū illis cōmanē: si sufficiēter inter quascūq; res reperiatur: ad hoc vt abstrahat̄ cōceptus similiter illas replentans. Tertiū quid debeamus intelligere p genera nō subalternatim posita, ex quo ꝛ enodandꝰ pēdet dubitati solutio.

¶ Pro solutiōe primi supposito qđ superius est victū de abstractione horum conceptuū tā absoluto; q̄ connotatiuo; respondet ꝙ certū est inter substantiā ꝛ quātitatem esse maiorem cōuenientiam essentialem: q̄ inter substātiam ꝛ aliud accidens: tamē ab illa conuenientia non sufficit abstrahi conceptus generi cus. Nam alias illa non essent generalissima. Pariter cōuenientia qua duę species extremę cōueniunt nō sufficit ad hoc ꝙ abstrahatur ꝓceptus genericus solum illa representās, quia nō potest illas replentare quin representet inter media: vt videbit̄ in solutione secūdi dubij.

¶ Ad scdm dubiū respōdet̄ p̄missis quibusdā principijs q̄ ēm cōmunē doctrinā sunt recepta: de modo quo possunt replentare ꝓceptus a rebꝰ abstracti. Primum est ꝙ quanto res sunt specierū minus distantium: tanto magis inter se essentialiter/ q̄ res specierū magis distantiū cōueniunt. Pro cuius declaratione est notādum ꝙ licet omnes species creatę in infinitū distēt a prima causa in pfectione: bene tamē vna est altera perfectior vt superius vidimus. Vel ex eo ꝙ vna distat magis a materia prima/ quę est minus extremū in latitudine pfectionis essentialis. Vel ex eo vt inquit doctor Petrus de Aliaco in suo primo sen. q. xiij. ꝙ vna species in pluribus p̄dicatis cōuenit cum summo bono q̄ altera species licet viraq; infinite a summo bono distet. Et sic homo censetur perfectior leone: quia cum deo in pluribus prędicatis cōuenit q̄ leo: scilicet in intelligēdo volēdo ꝛ

Aliaco.

sic de alijs in quibus leo non cōuenit cum deo. Et affert simile: sit albedo esset infinite intensa/ adhuc rubedo vt decem/ maiorem haberet conuenientiam cum ea ꝙ nigredo vt decē. Ergo sufficiēter hoc pacto poterit inter duas species distantes ab infinito/ cognosci vnam esse alteram perfectiorem.

¶ Notādū est vltra, ꝙ secūdū cōmunē nominalis doctrinam inter quascūq; duas species licꝫ vna indiuisibiliter excedat alteram: tamē distantia est infinita. Primum probatur: nam pfectio rei ꝛ substātia non sit intēsibilis nec remissibilis: nec in aliqua specie potest fieri additio pfectionis nec remotio/ cōsistit talis pfectio in indiuisibili: ꝛ cum scōm scotū, iiij. sen. distin. j. tātum excedit extremum maius in gradione essentiali extremū minus/ quātum ipm est: videlicet ultra sua pfectio sit in hoc sensu indiuisibilis: dicit̄ distantia inter duas species indiuisibilis. Cū hoc tamē concedit distantiam esse infinitā: vel ex eo scōm nominales/ ꝙ inter quascūq; duas species possunt produci infinitę impfectiores pfectioꝛ: perfectiores impfectioꝛ. Vel ex eo qz pfectioꝛ improportionabiliꝫ est perfectior impfectioꝛ: quia pluſq; in duplo/ triplo ꝛ sic de alijs ꝓportionibus: ꝛ sic cōcedit̄ur homo in infinitū perfectior asino: quia improportionabiliꝫ est eo pfectior. Et si arguas: si homo infinitis asinis est pfectior/ ergo infinite pfectus erit: non valet cōsequia oīnes illi reputant vnius gradus perfectiōis essentialis. Et si replices: saltem cum inter homines ꝛ asinos possint produci infinitę species pfectiores asino/ ꝛ impfectiores homine: homo erit infinite pfectus. Respōdetur negando cōsequentiam: qm̄ omnes illę sunt communicātes. Et si quęras quid igit̄ requirit̄ ad aliquid esse infinite perfectū: respōdetur ꝙ sit pfectius omni ente quod de nouo ꝓduci possit: nam non requirit̄ esse perfectius infinitis non cōcantibus: nam illud nequit contingere. Nec sufficit infinitis cōcantibus esse pfectius: nam illud improbatū est: ergo requirit̄ hoc quod nunc est assignatū. Et si contra hoc instes: volo ꝙ deus producat aliquam creaturā habentē oīnes pfectiones in gradu infinito: cum nō repugnet deo tale ꝓducere: Jam illa creatura est infinita/ ꝛ tamē nō est pfectioꝛ omni possibili ꝓduci de nouo. Ad hoc potest respōderi dicendo ꝙ intelligat̄ omni finite pfecto possibili produci: et hoc satis erit: paret intuenti. Vel quęre aliā: quia casus scōm nominales debet admitti. ¶ Et si quęras cū homo excedat asinū in pfectione per seipsum ꝛ etiā leonem per seipm: ꝛ sic de quacunq; specie impfectioꝛe homine: ex quo sequit̄ eodē excessu excedere omnes illas species: quomō igitur vna illaꝝ est altera pfectioꝛ: nam videtur oīnes illas esse eque pfectas: vel non esse eundem excessum quo homo excedit oēs illas species. Ad hoc dicit̄ ꝙ eodem excessu homo excedit oīnes illas species secūdum scotū: tamē vna altera est pfectioꝛ: quia in pluribus cōuenit cū homine q̄ altera. ¶ Ex his pōt colligi quas spēs appellam⁹ magis distātes: ꝛ quas minꝰ distantes.

¶ Secūdū notandū est: ꝙ rebus minus distantibus in pfectione essentiali potest cōceptus aliquis cōuenire/ qui nō conueniat rebus aliꝰ magis distantibus ab illis pfectioribus in perfectione essentiali: vt homini ꝛ leoni potest aliquis cōceptus conuenire qui non cōueniet homini ꝛ asino: ꝛ sic poterit dari cōceptus genericus conueniens homini ꝛ leoni: ꝛ nō homini ꝛ asino.

¶ Tertiū notandū, ꝙ conceptus essentialis non potest significare extrema aliqualiter cōuenientia: quin significet media inter illa extrema.

¶ Quartū notandū est: ꝙ sicut cōceptus representans quę minus distant/ nō requirit̄ ꝙ representet quę magis distant: sicut vltimum est in secūdo notabili: sic

conceptus representans quę imperfectiora sunt: non requiritur ꝙ representet perfectiora. Nam hic conceptus brutum representat omnia bruta: non tamen significat homines: licet omnis conuenientia reperta inter bruta virtualiter reperiat̃ & eminenter inter homines & bruta. Probat hoc vltimū per Arist. viij. metaphy. species sunt sicut numeri: quę sic debet declarari. sicut vnus numerus continet̃ in alio vt ternarius in quaternario et sic de reliquis sic vna species cōtinetur in alia: etiā Aristo. ij. de anima, sicut trigonus in tetragono: sic vegetatiuū in sensitiuo: & sensitiuum in intellectiuo.

Aristo.

¶ Quinto est notādum: ꝙ aliqs cōceptus sufficienter potest abstrahi a perfectionibus & imperfectionibus: & a cōuenientia inter perfectiora & imperfectiora sicut conceptus animalis abstrahitur a cōuenientia reperta inter perfectiora & imperfectiora animalia: & ideo est quia in omnibus animalibus reperitur aliquid formaliter: vnde abstrahitur talis conceptus. Et sic ille cōceptus abstrahitur a tali: non tamē a tanta cōuenientia: specificus vero abstrahitur a tali & tanta: sed hic conceptus brutum in animalibus brutis: licet non abstrahat a tanta cōuenientia: bene tamen abstrahit̃ a tali: & sic representat omnia bruta: licet differētia in perfectione essentiali & non representat homines: & quia licet eminēter contineant perfectionem brutorum nō illud satis est: sed requiritur talem reperiri: & sic licet pro cōmunitatibus conceptibus reperiatur in homine formaliter talis conuenientia cum brutis: nō tamē pro abstractione huius conceptus brutum.

¶ Ex his faciliter pōt respōderi ad dubiū dicendo ꝙ bene aliquis conceptus potest abstrahi a cōuenientia inter aliqua reperta: & tamē inter alia nō sufficiet licet eminenter cōtineatur, sed requiritur vel ꝙ a tali & tanta abstrahat: vel saltim a tali licet non tanta.

¶ Solet quęri vtrū inter quascumq; duas spēs possit ꝓduci tertia: & si quacunq; perfecta data: potest produci perfectior. Respondetur secundū scotum ꝙ non: quia tunc aliqua essentia esset cōposita ex infinitis realitatibus quod tamē est impossibile. Item ꝙ nil posset diffinitri cum secundū Aristo. non cōtingat scire infinita. Etiam suprema species non est producibilis perfectior propter similem rationem.

¶ Nominales vero tenēt inter quascumq; duas species posse ꝓduci tertiā imperfectorē perfectiori & perfectiorē imperfectiori. Immo posse produci infinitas cum nō videatur illud implicare. Ex hoc inferūt non dari genus immediatum huic termino homo: immo inter hominem & animal fatentur dari infinitos cōceptus genericos superiores ad hūc terminum homo: & huic termino animal inferiores. Fatentur etiam dari infinita genera subalternatim posita.

¶ Cōcedēdum est tamē secūdum scotum & omnes alios esse dabiles infinitas species syncathegorematice. patet in numeris & figuris.

¶ Vltimo posset q̄rī si esset possibile vnā speciem diuisibiliter distare ab altera: & tamen non esse possibilem speciem mediam inter illas. Respondetur ꝙ sic. patet: nam secundum mathematicos quadratum super triāgulum addit vnum angulum in forma & duos in valore: & sic de alijs figuris rectilineis: & sic distantia est diuisibilis inter triangulum & quadratum nō tamē est possibilis alia species intermedia.

¶ Pro solutiōe ad tertium notan̄ ꝙ genera dicūtur subalternatim posita altero duorum modo: vel quia vnum ponitur sub altero: vel quia ambo sub eodem tertio. Exēplum prioris hi duo termini anima, substantia: posterioris exemplum: vt isti terminia. a. b. in casu argumentis: nam ambo sub isto termino animal continentur: & hoc sufficit ad aliqua genera esse subalternatim posita. Et per hoc patet ad argumētum ꝙ formabatur in principio quod solet esse commune satis licet non ita communis solutio sit.

¶ Quęritur qd veritatis habeat regula, in hoc quod dicit diuersorū generum, &c. Diuersę sunt species & differentię. Dicit̃ ꝙ debet intelligi in generibus habētibus differētias: nā secundum nominales non omne genus habet differentias vt liquet. Sel dicatur ꝙ differentias intelligere quicquid quo mediāte possit sumi distinctio qualitercūq;. De alio. s. qualiter species debēt esse diuersę: est quęstio/cum iste terminus corpus ad diuersa genera non subalternatim posita ptineat: etiā iste terius cęnans: etiam iste termin⁹ rationale est differentia prędicamenti substantię: & ponitur in prędicamento qualitatis. Ad hęc dicitur ꝙ regula intelligit: ꝙ eędem spēs nō pertinent ad diuersa genera vniuoce: diuisim & per sequiuoce non inconuenit coniunctim etiam non inconuenit: in vno per se in alio per accidens etiam nō inconuenit. Per hoc patet solutio ad quęstium & hactenus de regulis.

¶ Sequitur textus.

¶ De decem prędicamentis generatim. Cap. iiij.

Diuisio.

ORVMQVE secundū nullā complexionē dicuntur: singulū aut substātiam significat aut quātitatē: aut qualitatē: aut ad aliquid: aut vbi: aut quādo: aut situm esse: aut habere: aut agere: aut pati. Est autē substantia quidem: vt figuraliter dicatur. vt homo: equus. Quātitas autem: vt bicubitum, tricubitum. Qualitas: vt album/grammaticum. Ad aliquid, vt duplū: dimidium: maius. Vbi vero, in foro: in lycio. Quando autem, vt heri superiore anno. Situm vero esse, vt iacet: sedet. Habere autē, vt calceatū esse: armatū esse. Agere vero, vt secare: vrere. Pati, vt secari vri. ¶ Singula igitur eorū q̄ dicta sunt: ipsa quidē scd̄m se in nulla affirmatiōe dicuntur vel negatione, Horum aūt ad se inuicē cōplexiōe: affirmatio vel negatio fit. Videt̃ autē omnis affirmatio: vel vera/vl̄ falsa esse. Eorū autē quę scd̄m nullā cōplexionē dicuntur: nullum neq; verum neq; falsum est. vt homo: album: currit, vincit,

Conclusio.

¶ Aristo. est doctrina in phœmio posteri. oīne scibile in particulari/prius debere scirī in vniuersali: & ideo primitus decem prędicamēto: ū sufficiētiam & distinctionem prælibabim⁹ in vniuersali: habituri eorūdem amplam considerationem in particulari.

¶ Pro maiore elucidatiōe quęrit̃ vtrū sufficienter sint diuisa generalissima in numerū denarij: & arguitur ꝙ nō: & primo sic. Omne dicibile vel est cōnotatiuum vel absolutum: ergo sufficiebāt duo prędicamēta: vnum pro absolutis & aliud pro cōnotatiuis: ergo superfluunt decem quę assignantur.

¶ Scdo sic: dicibilia scientiarū sermocinalium quę sunt termini secūdarum intentionū: ad nullum prędicamentum pertinent: vt constat discurrendo per omnia. Igitur diminute procesit Aristo. in sufficientia tradita de prędicamentis decem.

¶ Tertio, termini ꝓpriꝰ incōplexi & termini infiniti incōplexi: cum sint vniuersalia nō ponunt̃ in aliquo prędicamento. igitur. Patet añs: quia nullius prędicamēt: habent modū significādi. Item cōcreta & abstracta prędicamentoꝝ connotatiuoꝝ nō pertinēt ad idem prędicamentū. igitur. Patet antecedens cum non se habeant sicut superius & inferius.

¶ Quarto differētię essentiales cōnotātes partes essentiales sicut rationale materiale nō pertinēt ad aliquod prędicamentū: non ad primum cum sint termini cōnotatiui: nec ad aliud cum nō connotēt accidēs. Igitur spirituale/diuinum & incorruptibile ad nullum pertinent. igitur.

¶ In oppositū est Arist. & cōmunis scholaꝝ peripateticoꝝ astruentiū sufficientiam decem generalissimoꝝ per hęc decem genera generalissima.

¶ Decidetur hęc quęstio quibusdā articulis: in primo enucleabitur scōm tres cōmunes vias ꝓdicamentoꝝ in numero denario sufficientia. In secundo mouebuntur aliqua dubia. Tertius continebit declarationem eorum quę tacta sunt in argumētis quę in principio formabantur.

¶ Ad primū accedēdo: secundū scotū supposito ex dictis ꝙ res ponuntur in ꝓdicamēto sic datur sufficiētia. Omne ens reale quantum finitū: vel est substantia vel accidēs: si substātia habetur primū prędicamentū: si accidēs/vel absolutū vel respectiuū: si absolutum/vel consequēs rem ratione materię: & sic est quātitas: vel ratione formę: et sic est qualitas. Si respectiuū aut dicit respectum intrinsecus aduenientem: & sic est ad aliquod: aut extrinsecus aduenientem: & tunc aut pertinet ad causalitatē: aut ad mēsuram: aut ad ordinem. Si causalitatem: aut actiuam/& sic est actio: vel passiuam et sic est passio. Si ad mēsuram stat dupliciter: vel quantitatis pmanentis: & sic est vbi: aut successiue: & sic est quādo. Si autē ad ordinem partiū: & sic est situs: aut totius & sic est habitus. Et si quis dicat: ꝙ esse galeatum: & calceatū non dicit ordinem totius: dicit̃ ꝙ satis est ꝙ dicat ordinem eius a quo totum denominat̃: vel ꝙ ista deductio non debet accipi in rigore.

Tho.

¶ Scd̄m tamē doctorē sanctū libro, v. metaphy. lec. vij. sic habetur sufficiētia prędicamento⁹ ꝓpdicatum ad subiectum quod est substātia tripliciter se potest habere: vno modo cū est id quod est subiectū: vt cū dicit̃ socrates est animal: socrates est id qō est animal: & hoc prędicatū dicit̃ significare substātiam primā: quę est substantia particularis de qua omnia prędicantur.

¶ Secūdo modo vt prędicatum sumat̃ ꝑm ꝙ ineſt subiecto: quod prędicatum vel ineſt per se & absolute: & si vt cōsequens materiā: est quātitas. Et si vt consequens formam est qualitas. Sel ineſt in respectu ad aliud: & sic est ad aliquid.

¶ Tertio mō: vt prędicatū sumatur ab eo quod est extra subiectum. Et hoc dupliciter. Uno modo vt sit omnino extra subiectū. Alio si non sit mensura subiecti ꝓdicatur per modū habitus: vt cum dicit̃ fortes est calciatus: vel vestitus. Si autem sit mensura: cum mensura extrinseca sit tēpus vel locus: ex tempore sumit̃ prędicamentū qñ: si ex loco prędicamentū vbi: non considerato ordine partium in loco: quo considerato erit situs. Alio modo vt id a quo sumitur prędicamentū scōm aliquid sit in subiecto de quo ꝓdicatur: & si secundū principium sit: prędicabit̃ vt agere. nam actionis principiū est in subiecto est. Si vero secundū terminū sit: ꝓdicabitur vt pati. Nam passio in subiectū patiens terminabit̃. Ex hac deductione infert̃ secundū Scho. fex vltima prędicamēta non dicere respectū distinctum a substātia quantitate vel qualitate: licet bene scōm scotum: vt latius ostēdetur cum deuentum fuerit ad fex vltima prędicamēta.

¶ Secūdū tamē nominales sufficiētia ex eo habetur: ꝙ distinctio vt postea videbit̃ in prędicamētis: non habeat̃ ex diuersitate rerum secūdum eos: sed ex diuersitate modi significandi: cum eadem res bene pertineat ad omnia decem generalissima considerati modi significandi incomplexis primarū intentionū: non reperiuntur plures ijs. & omnes reducuntur ad hos decem modos significandi diuersos. igitur sufficienter tradita est diuisio. Moranter dicitur modis significādi incōplexis vel simplicibus: nam si de mixtis esset sermo: plures ijs essent. Dicitur etiā primarū intentionum. Nam dicibilia habentia modum significandi secundarum intentionum: non pertinent ad hęc prędicamenta.

¶ Ad secūdum articulum deuenientes. Primo quęritur qd̄ est diuisum illius diuisionis quā Aristo. diuidit decem generalissima additum & quę diuisio est.

¶ Scdo quęrit̃ an debeat assignari aliud prędicamentum præter assignata ab Aristotele.

¶ Tertio quęrit̃ per qd ꝑcipue distinguātur prędicamenta.

¶ Quarto quomō cognoscemus dicibilia scientialia ad quod prędicamentum spectant.

¶ Quinto oīa dicibilia primarū intentionum reponantur in aliquo prędicamēto: cuius assignatorum ab Aristotele.

¶ Pro solutiōe primi primo respondet̃ secūdū scotum ꝺmisso qō in quolibet. q. v. habetur ꝙ ens reale diuidit̃ primo in ens ꝑfectum & non ꝑfectum loquēdo de quātitate ꝑfectionis & non extensionis: ens tamē ꝑfectum appellat relationē quācunq; realem in diuinis scz paternitatē filiationē spirationem tam actiuam ꝙ passiuam. Ex eo ꝙ formal̄r nullius sunt ꝑfectionis: licet idētice sunt infinitę ꝑfectionis: prima pars patet: quia opposito dato aliqua ꝑfectio esset in patre quę non esset in filio nec in spiritu sancto & econtra: cū relatio ē est vnius constitutiua non cōstituit alteram ꝑsonam. Secūda pars patz quia est de qualibz illarū relationū essentię: & ideo est infinitę ꝑfectionis. Ex hoc primo sequitur: ꝙ licet relatio in diuinis formal̄r nullius ꝑfectiōis sit: bene tamē relatio in creaturis. ¶ Secūdo sequitur: ꝙ datur aliquod absolutum quod de se nullius est ꝑfectionis: patet nam entitas prout precisa affinitate & infinitate: nullius est

Scotus.

perfectionis essentialis. ¶Tertio sequitur q relationes in diuinis ꝓprie non sunt eiusdem perfectionis: nec vna est perfectior altera: vt notum est. Et sic ꝓprie non sunt eiusdem speciei: nec differūt specie: nisi negatiue. s. dicēdo q non sunt eiusdem speciei. ¶Ens reale quātum sub diuiditur in ens finitū ⁊ infinitum. Hoc habito dicitur q diuisum diuisionis assignatę ab Aristo. est ens quantum reale finitum. Et illud descendit in decem generalissima sic: q ad generalissimū substātię descēdit ꝑ modum intrinsecū qui est ꝑfectas: ad alia vero immediate per modū intrinsecū qui explicatur per esse in alio. Et postea vlterius descēdit in alia generalissima per ꝓportionatos modos intrinsecos sibi. Nec hoc tollit illa esse generalissima: quia illud qō suguenit illis nō est genus cum solum immediate descēdat per modos intrinsecos qō non sufficit ad esse genus scōm scotum: sed requirit q immediate contrahāt per differētias. ⁊ per hęc patet ad primā partem primi dubij scōm scotum. Ad secundā partem dubij in qua petitur quę diuisio est: dicit q non est generis in genera: nec species secundum scotum: sed cum importatū per diuisum diuidatur per diuersos modos intrinsecos: ⁊ illa diuersa quę cōstituuntur fundant diuersas secundas intentiones: forte posset dici subiecti in accidentia: vel si nō placet dicatur superioris in sua inferiora quidditatiue: licet non predicetur de inferioribus in quid vt notum est ex prędicabilibus. ¶Secundum reales diuisio hęc datur de rebus: ⁊ sic enūa impossibilia ⁊ priuationes non ponuntur in prędicamento ly dicuntur valet concipiuntur.

¶Pro modo dicēdi nominaliū est aduertēdum hęc dicibilia substātia quātitas ⁊ alia generalissima aliter accipi quādo sunt membra diuidētia et aliter quādo generalissima: nā quādo sunt generalissima sunt primę intētionis: quādo vero mēbra diuidētia sunt secūdę intētionis: ⁊ sic ille terminus substātia quādo est mēbrum diuidens nō significat meā aut tuā substantiam: sed terminos significantes substātiam absolute. Sic est sentiendum de generalissimis aliis.

¶Notandū est q logicus cum debeat assignare ꝓdicamenta impermixta: opus est vt procedat logice ⁊ per secūdas intentiones. Nā alius modus discernēdi per primas intētiones ad metaphysicū attinet.

¶Notandū est vltra: q ꝓdicamentū in posito sic accipit: dicibile vniuocū incōplexū coordinabile in aliqua cathegoria. Hęc ꝓpositio (decem sunt genera generalissima) ꝓncipiū est logicum: quod fit notū per introductionem. Et bene habet magister meus Ciruelo in suo artificiosissimo opere ꝓdicamentorum.

Ciruel.

¶His ꝓmissis sit prima ꝓpositio. Prædicamentū in hac acceptione nō est diuisum illius diuisionis assignatę ab Aristo. patet. Nam hoc diuisum continet sub se terminos secūdę intentionis pertinētes ad aliquod prędicamentū: non tamē ad aliquod eorum q̄ ab Aristo. assignantur. Etiam termini habētes mixtam cōnotationem non pertinent ad aliquod prędicamentorū assignatorum ab Aristotele.

¶Secūda ꝓpositio sit: diuisum huiꝰ diuisionis est hoc totum prędicamētum primę intentionis simplicis nō diuersificatum per modos significandi varios accidentales. Semper vtor illo termino prędicamentū secundum acceptionem in precedēti notabili tactam: ⁊ sic habet illos terminos substātia quātitas qualitas ⁊c. Quę sunt termini secūdę intentionis ꝓ membris diuidētibus: ⁊ ipsummet diuisum est terminus secundę intentionis. Et sic sensus diuisionis erit: dicibilium coordinabiliū in prędicamētis primarum intētionum: quędam significant substātiam absolute: quędam quantitatem ⁊ sic de aliis.

¶In coordinationibus & vbi tales termini sunt generalissima merito sunt termini primę intentionis: quia collocātur termini primarū intentionū sub eis: nec posset saluari modus coordinandi secūdum sub ⁊ supra quidditatiue nisi sic esset. s. q generalissimum ⁊ cōtenta quidditatiue essent primę intentionis. Nec hoc est reputādum inconueniens: siquidem Aristo. v. metaphy. reputat equinoca hęc decem generalissima: nam secūdum q pertinent ad scientias reales sunt primę intētionis: secundum vero q ad dialecticum spectāt sunt secundę intentionis.

¶Ex iis elicitur ad quęsitum respōsio secundum nominales de diuiso huius diuisionis.

¶Ad secundā partē in qua quęrebat quę diuisio debet appellari: dicit quod est generis in suas species. Et ratio est: nam si respicatur connotatio diuisi ⁊ membrorū diuidentium: reperietur cōnotatione diuisi esse superiorē ad membrorū diuidentiū cōnotationē.

¶Ad secundū dubiū primo secundū scotum respōdetur affirmatiue. Nam entia rationis non pertinent ad aliquod prędicamentorū assignatorum: vbi sola entia primę intētionis collocant: et sic generalissimū talis ꝓdicamenti erit ens rationis: ⁊ immediate diuiditur in ens rōnis quod est secunda intentio: ⁊ ens rationis quod non est secunda intentio. Qualiter autem debet fieri coordinatio ex secūdis intētionibus siue grammaticis siue logicis: siue rhetoricis iam tactū fuit superius. Incipiētes ab individuis per operationem intellectus: faciendo species: ⁊ postea ex speciebus collatis genera: vsq; ad generalissimum.

¶Nominales aūt idē sentiūt. s. q pro terminis secundę intētionis in quibus nō minus reperiūtur genera ⁊ species: ꝙ in terminis primę intentionis: ponatur vnum prędicamentum quod appelletur prędicamentum signi.

¶Et si quis inferat Aristo. fuisse diminutum in assignatione prędicamentorum: responderi potest: solum tradidisse prędicamenta primarū intentionū conformiter ad antiquos: ⁊ satis est: q in corpore logicę insinuauit esse genera ⁊ species in terminis secundę intētionis: circa quorum prędicamentū non insistō: quia ex artificio primarū intētionum colligitur coordinatio scitis secundis intentionibus.

¶Ad tertiū dubium respōdetur primo secundū reales: q prędicamentorum distinctio in generalissimis per diuersos modos intrinsecos sumitur quemadmodum iam dictū fuit in primo dubio: cōtenta vero sub generalissimis de per se dico q distinguūtur ex parte eorum quę ingrediuntur constitutionem eorum: sicut ea quę ponūtur sub substātia ⁊ quātitate ideo potissime diuersificant: quia substātialitas cōstituit de per se contenta sub illo generalissimo: ⁊ quidditas quātitatis cōstituit de per se quę sub illa continentur ⁊ non alia. Ex hoc infertur de per se non posse eandem rem ꝓtinere ad diuersa ꝓdicamenta. Si autem sit quęstio de his q̄ ponuntur in prędicamento per accidēs vel reductiue: id quod est ratio quare ponantur in prędicamento: erit ratio quare vnum vnius prędicamēti ab altero alterius prędicamēti distinguatur.

¶Secūdū nominales vero sumenda est distinctio ex variis ⁊ diuersis modis significādi dicibiliū ⁊ sic scitis diuersis modis significandi decem prędicamentorum: est scitu eorū diuersitas.

¶Pro quo notabis q modus significādi impertinaris solum inquirit de dicibilibus quę per se in recta linea prędicamentali ponūtur. Nam de alijs dicibilibus quę per accidēs vel reductiue ponūtur: nō debet fieri mētio quantum ad distinctionem prędicamentalē: ⁊ sic in vniuersali tangetur modus significandi cuiuslibet prędicamenti: vt aliqualem cognitionem habeamus ꝓdicamētorum. ¶Nota q modus significandi non est quid superadditum dicibili: sed est oratio explicans quid ꝑ talē terminū ⁊ qualiter importatur: vt hęc oratio significare substātiam absolute adequate vniuoce est modus significandi prędicamenti substantię.

¶Modꝰ significādi ꝓdicamēti substātiæ est significare substātiā absolute ⁊ adequate ⁊ vniuoce.

¶Quātitatis vero est significare cōnotādo diuisibilitatem extensiuam vel discretiuam.

¶Qualitatis vero est in abstractis aliquibus absolute ⁊ adequate qualitatem importare: vel est significare per modum qualis.

¶Ad aliqd est cōnotare se habere respective in ordine ad se vel ad aliud.

¶Actionis: est significare cōnotatiue per modum agendi.

¶Passionis: cōnotatiue significare ꝑ modum patiendi.

¶Situs: est cōnotare habitudinē ptiū alicuius totius in ordine ad locum verū vel imaginariū.

¶Habitꝰ: est significare cōnotatiue ꝑ modum ornatus vel inornatus toti vel partī adiacentis.

¶Vbi: est cōnotatiue significare per modum continentię vel indistantię.

¶Quādo est significare cōnotatiue mensurabilitatem temporis.

¶Ex his habet q ꝓpositio quocūq; dicibili faciliter poterit collocari in suo ꝓdicamento: nec scitur ad quod prędicamentum pertinet dicibile propositū ignorato modo significandi.

¶Potest etiā colligi ex dictis q scōm nominales in solis prędicamentis substantię ⁊ qualitatis ponuntur termini absoluti: licet secundum reales etiā in prędicamento quantitatis.

¶Sequit vltra: nullū syncathegoreuma pertinere ad aliquod horum decē prędicamētorū: cum nullum sit terminus absolutus vel connotatiuus.

¶De modo ꝓdicādi & interrogādi cuiuslibet prędicamēti specialiter videbitur in quolibet prędicamento particulari.

¶Ad quartū dubiū vnico verbo posset dici q omne dicibile scibile facillime cognoscetur ad quod prędicamentum pertineat: si respiciatur eius modus significandi: ⁊ in vniuersali sic potest aperiri.

¶Prima ꝓpō, non opus est omnes terminos vnius scientie ad idem ꝓdicamentū ꝓtinere ꝓz: nam geometrię ⁊ arithmeticę termini ad tria prędicamenta ꝓtinēt. Nam species numeri ⁊ numerus qui sunt arithmeticę: ⁊ superficies linea ⁊ corpus quę sunt geometrię ad quātitatē: ꝓportio cum suis spēbus quale/maius/duplum/minꝰ/ad relationē: par: impar: numerꝰ linealis: numerus superficialis ex arithmetica: rotundum/circulare/rectum ex geometria: quia dicunt dispositionē quandam: deniq; omnes termini geometrię vel arithmeticę pertinent ad quantitatem relationem vel qualitatem.

¶Secūda ꝓpō, termini ꝑspectiuę musicę ⁊ astrologię cum habeāt mixtam ꝓnotationē/nō potest de illis indicari: nisi accipiendo illas connotationes copulatim: ⁊ sic copulatim collocare illa in diuersis prędicamētis. Et sic termini musicę cum importent ꝓportionem ⁊ sonū ꝓtinebunt ad ꝓdicamentū relationis ⁊ qualitatis. Termini vero astrologię magnitudinē et motū influentiā: ⁊ aliqui situm: et sic per hęc poterit iudicari. Termini ꝑspectiuę important lineas visuales ⁊ differentias visionum: ⁊ per hoc potest cognosci ad quę prędicamenta ꝓtineant: vel in omnibus his possemus dicere q a principua connotatione potest sumi modus significandi ad terminum poni in prędicamento.

¶Tertia ꝓpō, termini medicinę pro maiori parte sunt in ꝓdicamento qualitatis/actionis ⁊ passionis: vt patet callent terminos medicorum.

¶Quarta ꝓpō, termini philosophię naturalis in omnibus ꝓdicamentis reperiunt: ꝓterꝙ in prędicamento habitus: cum sola entia artificiata illic ponātur: licet non omnia.

¶Quinta ꝓpō, termini philosophię moralis vt plurimū sunt in ꝓdicamento qualitatis ⁊ ad alii quid: ceteri termini iuris canonici ⁊ ciuilis: licet iste videantur secūdum magnam partē pertinere ad prędicamentum actionis ⁊ passionis.

¶Sexta ꝓpō, termini cosmographię vt plurimū ꝓtinent ad prędicamentū situs: licet aliqui ad quantitatē ⁊ relationē: nomina autem mensurarū ⁊ ponderū ad relationē ⁊ quantitatē vt plurimū ⁊ qualitatē.

¶Septima ꝓpō, termini rerū artificialiū si accipiantur vt cōnotant talē dispositionem ⁊ figuram debent poni in prędicamēto qualitatis: si ornatum vel inornatum ad prędicamentum habitus: si ordinem partium in ordine ad locū: ⁊ sic ad ꝓdicamentū situs. vt calceus connotando talem figuram/cōnotando ornatū/cōnotando ordinem partium ad infimum locum.

¶Octaua ꝓpō, in theologia reperiuntur omniū ꝓdicamētorū dicibilia: deus/angelus/anima/substantię: trinitas/tēpus/quātitas: fides/charitas qualitatis: pater/filius relationis: creatio/gubernatio in actione, ꝙ unitus/cōuersio in passione: sedere/ad verteram crucifixus in situ: vestitus cozonatꝰ in habitu: in cęlo in sepulchro: vbi/in fine temporis quādo de his omnibus specialior est ꝓsideratio in coordinatiōibꝰ magistri mei Ciruelis: quę cum valde artificiosę sint nō parum eruditum requirunt lectorem in omnibus facultatibus.

Ciruel.

¶Ad quītū dubiū respōdēdo dicit, q se habēt in multiplici differentia dicibilia primarū intentionum in complexa: ⁊ ideo supposita multiplici varietate dicibilium incomplexorū/respondebo per ꝓpōnes.

¶Prima terminoꝝ ꝓmę intentiōis incōplexoꝝ: quidam sunt finiti absoluti termini non trāscendentes: vel cōnotatiui habentes connotationē simplicē. Alij sunt habētes cōnotationem mixtam: alij sunt sicut abstractum ⁊ cōcretum: alij sunt significātes res impossibiles: alij sunt priuatiui: alij infiniti: alij suppenunt pro partibus essentialibus: alij pro ꝓprijs passionibus.

¶Prima ꝓpō, si sint termini absoluti nō transcendentes: vel cōnotatiui habētes cōnotationē simplicem sufficiēter per modos significandi cognoscētur pertinere ad aliquod prędicamentum.

¶Secūda ꝓpō, si sint termini habētes cō-

notatione mixtam: potest dici vel q ponẽtur in prędicamento cuius fuerit vltima connotatio: vel q ptinent copulatim ad plura prędicamenta: z si dicas Aristo. fuisse diminutũ/dicit q illi fuit mens de simplicibus dicibilibus: z de simpliciter cõnotantibus tradere doctrinam: qm̃ per hęc bene intellecta de complexis z de mixte connotantibus faciliter habebitur cognitio.

¶ Tertia ppõ: de abstractis & cõcretis potissime vbi abstractũ z cõcretum non supponunt pro eodem: soler esse difficultas/an totidem prędicamenta debeant assignari pro concretis sicut pabstractis: z an horum assignatione. Aristo. fuerit diminutus: ad hoc salua semper meliori sentẽtia respõdetur primo q vbi abstractũ z concretum nõ possunt supponere pro eodem: vel vnũ est ablolutum z aliud connotatiuũ. non possunt aliquo pacto ad eandem coordinationẽ pertinere: cum nõ possit seruari illa prędicatio directa quidditatiua essentialis quę debet seruari. et si dicas. Aristo. fuisse diminutũ: respõdetur q qui bene scierit coordinare abstracta ad inuicem in cathegoria aliqua: peroptime scier coordinare z eozũdem cõcreta. Iam qualem pdicationẽ seruant adinuicem vno abstractorũ: talem omnino seruãt z cõcreta adinuicem: z qui bene sciuerit ecõtra coordinare concreta/satis bene sciet z coordinare abstracta: et sic non opus fuit multiplicare coordinationes nec pdicamenta cum scita altera coordinatiõe satis innotescit z altera.

¶ Quarta ppõ: termini significantes res impossibiles no ponũtur in pdicamento: siquidẽ termini qui in pdicamẽto ponũtur ad hoc ponunt vt ex illis fiant ppositiones scientiales: modo ex terminis impossibilia significãtibus non possunt fieri ppositiones scientiales: igitur patet discurrenti per omnes scientias.

¶ Quinta ppõ: pro terminis priuatiuis infinitis z pro terminis supponẽtibus pro partibus essentialibus z pro terminis importãtibus pprias passiones: est notandum q tripliciter aliquis terminus potest poni in pdicamẽto: de per se: de per accidẽs: reductiue: vt superius vidimus de hac diuisione. De per se ponunt illa quę in recta linea z habent modũ significandi talis prędicamẽti. De per accidens illa quę nõ habent modũ significandi illius pdicamenti: dene, tamẽ gñalissimũ verificat. Reductiue ponitur aliquid vbi suũ positiuũ vel finitum ponitur. Hoc secundum nominales.

¶ Sexta ppõ secundum nominales termini infiniti z primarii reductiue ptinent ad pdicamentũ: in quo ponitur finitum z positiuum eorum.

¶ Septima ppõ: scdm reales partes essentiales nõ ponuntur in pdicamento cum non sint entia totalia. Secundũ scotum omnis proprietas passio ponitur reductiue vbi suũ subiectum. Scõm tho. pprię passiones pertinent ad pdicamentũ qualitatis ad scdam speciem.

¶ Ex his habet intelligẽtia textus Aristo. z prędicamentorũ assignatorũ sufficientia secundũ omnem viam in scholis vulgatam.

¶ Ad tria prima argumẽta ex dubiorũ solutione patet respõsio ¶ Ad quartũ patebit respõsio ex prędicamẽto qualitatis: z pro nũc dicit illa debere poni in prędicamento qualitatis.

¶ Sequitur textus.

¶ De substantia.

SVBSTANTIA AVtẽ est q̃ pprie & principaliter & maxime dicit: q̃ neq; de subiecto aliquo dicit neq; in subiecto aliquo est. vt qdã hõ, & quidã equus. Diffinitio.

¶ Scdę aũt substãtię dicunt species in quibus eę (q̃ principalr substãtię dicunt) insunt, & hę qdẽ & harũ specierũ genera. vt quidã hõ: in specie quidẽ est in hoie genus vero speciei animal est. Secũdę igit eę substãtię dicũtur: vt est hõ, atq; animal. Conclusio.

¶ Manifestũ est aũt ex iis q̃ dicta sunt: qm̃ eorũ quę de subiecto dicũt necesse est & nomẽ & rationẽ de subiecto prędicari. Vt hõ de subiecto quodã homine dicit pdicat etiã & nomẽ. Hominẽ em̃ de quodã hoie pdicabis: & ratio quoq; hominis de quodã homine prędicabitur: quidã em̃ homo & hõ est: & animal rõnale mortale. Quare & nomẽ & ratio de subiecto pdicabit. Eorũ vero q̃ in subiecto sũt: in plurimis qui dẽ neq; nomẽ nec ratio pdicabit de subiecto: in aliquibus autẽ nomen quidẽ nihil phibet pdicari aliquãdo de subiecto: rõnẽ vero impossibile est. Vt albũ cũ in subiecto sit corpe: pdicat de subiecto (dicitur enim corpus albũ) ratio vero albi nusq̃ de corpe pdicabitur. Alia vero omnia aut de subiectis dicunt pmis substãtiis: aut in subiectis eis sũt. Hoc aũt manifestũ est ex his quę p singula pponũtur, vt animal de homine pdicat: ergo & de quodã homie animal pdicabit. Nã si de nullo quorũdã hominũ, neq; omino de homine. Rursus color in corpe est: ergo & in quodã corpe. Nã si nõ in aliquo esset singulorũ: nec omino in corpe, quare alia omnia aut de subiectis primis dicũtur substãtiis: aut in subiectis eis sũt. Corer. ¶ Nõ ergo existẽtibus pmis substãtiis: impossibile est aliqd eorũ esse. Omnia em̃ alia aut pdicant de eis, aut in subiectis eis sũt: quare nõ existẽtibus primis substãtiis, impossibile est aliorũ aliquid esse.

¶ Secũdarũ vero substãtiarũ, magis substãtia est species q̃ genus. Propinquior em̃ est primę substãtię. Si quis em̃ assignet primã substãtiã qd est, euidẽtius & cõuentius assignabit, specie q̃ genus assignãs. Vt hoiem quendã manifestius assignabit, hominẽ q̃ aial assignãs: illud em̃ pprius magis cuiusdã hois: hoc autẽ cõmunius. Et cũ quandã arborẽ assignauerit: manifestius assignabit assignãdo arborẽ q̃ plantam. Conclu.

¶ Amplius. Primę substãtię ideo qđ aliis omnibus subiiciũtur: & omnia alia vel de ipsis pdicãtur vel in ipsis sunt: ppter hoc maximę substãtię primę dicunt. Quẽad modũ aũt primę substãtię ad alia omnia se habẽt: sic & spes ad genus se habet. subiicit em̃ species generi, Genera em̃ de speciebus pdicãtur: species autẽ cũ generibus nõ cõuertunt: quare & ex his species genere magis substãtia est. ¶ Ipsarũ vero specierũ, quę cũq; nõ sũt genera: nihil magis alterũ altero substãtia est. Nihil em̃ familiarius assignabis de quodã hoie, hoiem assignando; q̃ de quodã equo, equũ. Conclu. ¶ Sit aũt & in primis substãtiis nihil magis alterũ altero substãtia est. Nihil em̃ magis quidam hõ substantia est: q̃ quidã vos. Conclu. ¶ Merito aũt post primas substãtias sola aliorũ oim species & genera secũdę substãtię dicunt: sola em̃ hęc eorũ q̃ prędicatur primã substãtiã indicãt. Quẽdã em̃ hoiem si qs assignauerit quid est: spẽm quidẽ q̃ genus assignãdo familiarius demõstrabit, & manifestius faciet hominẽ assignando, q̃ aial. Aliorũ vero omniũ quicqd assignauerit quis: assignabit extranee, velut albũ: aut currit: aut aliud quodcunq; taliũ assignãs quare merito hę solæ aliorũ scdę substãtię dicunt.

¶ Amplius. Primę substãtię eo qđ aliis omnib⁹ subiiciũt, & omnia alia de illis pdicant vel in ipsis sũt: pprissime substãtię dicũtur. Sicut aũt primę substantię ad alia omnia se habẽt: ita genera & species primorũ substãtiarũ ad reliqua omnia se habẽt. De his em̃ reliqua omnia prędicãtur. Quẽdã em̃ hominẽ dices grãmaticũ esse ergo & hominẽ & animal grãmaticũ dices. Sit autẽ & in aliis. Commu. ¶ Cõmune aũt omni substãtię est in subiecto, nõ esse. Prima nãq; substantia: nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur. Secũdarũ vero substãtiarũ cõstat qdẽ etiã sic, qa in nullo est subiecto. Hõ em̃ de subiecto quidẽ quodã homine dicit: in subiecto vero nullo est: neq; em̃ in quodã homine hõ est. Sit autẽ & animal de subiecto quidẽ dicitur quodã homine. ¶ Amplius eorũ q̃ in subiecto sũt nomẽ quidẽ de subiecto aliqũ nihil phibet pdicari: rationẽ vero impossibile est, secũdarũ vero substãtiarũ de subiecto ratio pdicatur/& nomẽ: rationẽ em̃ hominis de quodã hoie pdicabis; & animalis sit ratione nõ erit eorũ substãtia, q̃ sũt in subiecto. Nõ est aũt pprius substãtię hęc: sed & differẽtia eorũ est, q nõ sunt in subiecto. Bipes em̃ & gressibile de subiecto quidẽ quodã homine dicitur: in subiecto vero nullo ẽ. Neq; em̃ in homine est bipes, neq; gressibile: ratio quoq; differẽtię de illo pdicat: de quocũq; ipsa differẽtia dicitur. Velut si gressibile de hoie pdicatur: & ratio gressibilis de homine pdicabit, est em̃ hõ gressibilis. ¶ Non vos vero cõturbet substãtiarũ ptes: q̃ ita sũt in toto, quasi in subiecto sint: ne forte cogamur eas nõ esse substantias cõfiteri. Nõ em̃ sic in subiecto esse dicebãt, q̃si ptes essent. Dubium. ¶ Inest aũt substantiis & differẽtiis omnia vniuoce pdicari. Omnia em̃ q̃ ab his pdicata sumuntur: aut de indiuiduis pdicãtur, aut de speciebus: a ꝑma nãq; substãtia, nulla est pdicatio. De nullo em̃ subiecto dicit scdarũ vero substãtiarũ species quidẽ de indiuiduo pdicatur: genus vero & de specie & de indiuiduo Sit aũt & differẽtię, & de speciebus & de indiuiduis pdicãt. Et rõnẽ quoq; suscipiũt primę substãtię: specierũ/& generũ/& species gñis. Quęcũq; em̃ de pdicato dicuntur; eadẽ & de subiecto dicẽtur. Sit r. aũt rõnẽ differẽtiarũ suscipiũt species & individua. Vniuoca aũt sunt quorũ & nomẽ cõmune est/& ratio eadẽ. quare omnia q̃ a substãtiis & differẽtiis sunt: vniuoce pdicantur. Commu. ¶ Omnis autẽ substantia videt hoc aliquid significare. Et in primis igit substãtiis indubitabile & verũ est: qm̃ hoc aliqd significãt. Individuũ em̃ & vnũ numero

est qđ significaţ. In scđis vero substătiis videtur quidē similr ppter appellatiōis figurā hoc aliqd significare quādo quis dixerit hoiem vel aial nō tamē verū est, sed magis quale aliquid significāt. Neq; em̄ vnū est quod subiectū est, quēadmodū prime substătię: sed de pluribꝰ hō dicitur, & aial. ¶ Nō autē simplr qualequid significat quēadmodū albū (nihil enim aliud significat albū q̄ qualitatē:) at species & genus circa substantiā qualitatē determinăt. Qualē em̄ quandā substantiā significant, Plus aūt in genere determinatio fit q̄ in specie. Dicens em̄ animal plus cōplectitur q̄ hoiem. ¶ Inest aūt substătiis nihil illis esse cōtrariū. Primę em̄ substătiæ qd erit cōtrariū? vt cuidā homini, vel cuidā animali nihil est cōtrariū. At vero nec homini nec animali aliqd est cōtrariū. Non est aūt hoc substătię pprīū, sed etiā multorū aliorū, vt quātitati. Bicubito em̄ vl tricubito, nihil est cōtrariū, atvero nec dece, nec alicui taliū. ¶ Nisi forte qs multū pauco dicat esse cōtrariū, vel magnū parvo. Determinatorū vero quantorū nullū nulli est cōtrariū. ¶ Videt aūt substantiā nō suscipere magis & minꝰ. ¶ Dico autē, nō qm̄ substătia nō est a substantia magis & minus substantia: (hoc em̄ dictū est qm̄ est) sed qm̄ vnaquęq; substătia hoc ipsum qđ est, nō dicit magis & minꝰ, vt si est hęc substătia hō: nō erit magis & minus hō: nec ipse a seipso: nec alter ab altero: nō em̄ est alt altero magis hō: sicut est albū alterū altero magis albū: & bonū alterū altero magis bonū. Sed & ipm a se magis & minus dicit, vt corpꝰ cū sit albū magis nūc albū esse dicet q̄ prius: & cū calidū sit magis & minus calidū dicitur. Substătia vero nō dicitur magis neq; minꝰ. Nihil em̄ hō magis nūc hō q̄ prius dicitur, neq; aliorū quicq; q̄ substătia sunt. quapropter nō recipiet substătia magis & minus. ¶ Maxime vero proprīū substătię esse videtur: quod cū vnū & idē numero sit: contrariorū suscepti ū esse. Vt in aliis quidē nō habet quisquā, quod proferat quęcūq; non sunt substătię: qđ cū sit vnū nūero, susceptibile contrariorū sit velut color: qui est vnus & idē numero: nō dicitur albus & niger. Neq; eadē actio & vna numero, prava & studiosa. Similiter aūt & in aliis quę cūq; nō sunt substătię. Substătia vero cū vnū & idē numero sit: capax cōtrariorū est. Vt quidā hō cū vnus & idē sit, aliquādo quidē albus, aliquādo fit niger: & calidus & frigidus, & pravꝰ & studiosus. In aliꝰ antē nullis aliqd tale videtur. ¶ Nisi quis forsitā insset, dicens oſonē & opinionē cōtrariorum, esse susceptibilia. Eadem em̄ oſo vera & falsa videtur esse. Veluti si vera sit oſo: sedere quēdā: eo surgente ipsa eadē falsa erit. Similr autē & de opinione. Si quis em̄ verū putet aliquē sedere surgēte eo falso putabit eādē de eodē opinionē habēs. ¶ Sed & si quis hoc suscipiat: tamē modo differt. Nā ea q̄ in substătiis sunt, ipsa quidē mutata susceptibilia sunt contrariorū. Frigidū em̄ ex calido factū mutatū est (alteratū enim est) & nigrū ex albo: & studiosum ex pravo. Similr aūt & ī aliis vnūquodq; eorū mutationē suscipiēs: susceptibile cōtrariorū est. Oſo nāq; & opinio ipsa quidē immobilia omnino pseverāt. Cū vero res mouet: cōtraria circa ipsam fiunt. Oſo nāq; eo qđ sedeat aliqs permanet eadē. Cū res mota sit: aliquādo quidē vera aliquando autē falsa dicit. Similr autē est in opinioe. Quapropter saltē modo pprium substătię est: vt scđm mutationē suuipsius susceptibilis sit cōtrariorum. ¶ Si quis aūt recipiat etiā hęc, orationē & opinionē susceptibilia esse cōtrariorū: nō est hoc verū. Oſo nāq; & opinio nō in eo q̄ ipsa aliqd recipiāt: contrariorū susceptibilia esse dicunt: sed eo q̄ circa alterū aliqua passio facta sit: Nā in eo qđ res est: aut nō est: in eo etiā oſo vera vel falsa dicitur: nō in eo q̄ ipsa sit susceptibilis cōtrariorū. Simplr em̄ a nullo: neq; oſo neq; opinio mouetur. Quappter nō erūt susceptibilia cōtrariorū: cum nulla cōtrarii sit passio in eis facta. Verū substătia in eo qđ ipsa cōtraria recipiat: i hoc susceptibilis esse

Cōm.iiij.

Cōm.v.

Com.vj.

Obie.

cōtrariorū dicit. Languorē em̄ & sanitatē suscipit & candorē & nigredinē: & vnū quodq; taliū ipsa suscipiēdo: cōtrarioꝝ susceptibilis esse dicit. Quare ppū erit substătię, hoc quod cum vnū & idē numero sit: scđm suiipsius mutationē susceptibilē cōtrarioꝝ esse. De substătia qdē hęc dicta sūt

¶ Agēdū est iā in pticulari de vno quoq; prędicamēto: & primo exordit a prędicamento substantię Arito. & merito sane cum omniū accidentiū substantia sit subiectum: & sic cum substantia prior sit in esse reali accidentibus saltim priozitate nature: rationabiliter consideratio substantię premittitur ad prędicamenta accidentium. Et etiam quoniam absoluti consideratio est prior connotatiua.

¶ In hoc prędicamēto Arist. agit hęc. Primo ponit diffinitiones primę & secundę substantię. Secundo ponit cōclusiones quinq; ad primā vnum coerclarium. Tertio ponit sex cōmunitates substantię a quas sic appellant. Adūcit ad primā //tertiam/quartā/quintā singula dubia: ad sextam initantiā vnā. Et tractabūtur ista more solito scōm realizantes & nominales.

¶ Et primo quęrit quę diuisio sit illa qua substantia videtur in primam & secūdam diuidi: & apparet q̄ non sit bona. Nam vel diuisum est non substantia vel substantia: non primum/quia non posset verificari si secundum ergo prima vel secunda: nullum istorum/quia tunc alterum membrum diuidens non subiiceretur vere respectu diuisi: igitur.

¶ Nota secūdū Scotū, diuisum illius diuisionis & membra diuidentia possum accipi pro substracto sive denominato & pro per se significato sive pro formali. Substantia de substracto dicit quiditatē cōmunē substantialē: omnibus subiectis finitis cōmunicabilem hoc modo substătialitas contrahit immediate per suas differētias formales ad cōstituendū ea quę ponūtur in recta linea prdicamentali: quę sola per se ponuntur vere cte in prdicamento. Et sic nō immediate diuidit substătia hoc modo in primam & scđam: sed per suas differentias formales immediate descēdit in secūdas substătias: intelligitur hoc accipiēdo mēbra illa. s. prima substătia & secūda pro denomiato: nam si pro per se significato accipiētur: & substantia pro denominato: bene posset diuidi in primā & secundam/& illa esset subiecti in accidētia intentionalia: sic. q̄ substătialitas potest fundare secundam intentionē a qua denominet secūda substantia: et diuisum illius diuisionis non importat tantūmodo substantialitatē quę est vnus conceptus obiectualis pcise: quia vt sic nequit fundare scōam intentionē primę substantię/vt liquet. Sed diuisum vult illum cōceptum obiectualem: & quācunq; realitatē substantialitatis a qua potest abstrahi conceptus obiectualis. Et sic quęcunq; illarum potest fundare vel secūdam intentionem primę substătię vel secūdę. Vel potest dicere quicqđ continet per se & quidditative substantialitatē: & sic omnes hę sunt denominatiue: homo est secūda substantia: sortes est prima substătia: quia terminī secūdę intentionis non prędicāntur de terminis primę nisi denominatiue.

¶ Si aūt substătia in illa diuisione accipiatur pro per se significato: et etiam membra diuidentis: tunc est diuisio generis in species. Nam tunc diuisum dicit secūdam intentionem substătialitatis: & est genus respectu secundę intētionis primę substantię: & secundę, vt notum est calleni modum pdicandi in secūdis intentionibus. Sic q̄ secunda intentio substătialitatis est cōmunis/ad secundam intentionem quęcunq; fundatam in re prędicamenti substantię vel realitate.

¶ Si dicas/cōtra: illa secūda intentio substantialitatis est individua: ergo nequit esse genus ad alias secūdas intētiones: sic. dendo nō est quia fundamentum in esse obiectiuo est vnum: ergo relatio vna: igitur. Ad hoc dicitur q̄ illa quę est genus non est individuum: sed est quędam secūda intentio ex operatione intellectus resultans ex cōsideratione circa omnes secundas intentiones substătię habens rōnem vniuersalis: vt visum fuit fuę ętius vbi fiebat mentio de prdicamento secundarum intentionum secundum scotum.

¶ Noīales autē (qui vt acutem tangūt) habentes pro fundamēto diuisiones logicas esse de terminis secundę intentionis dicunt hunc terim substătia in hac diuisione esse terminum secundę intentionis/& etiā membra diuidentia: & sic sensus est: terminoꝝ habētis modum significandi prędicāmēti substantię: quidam significat substătiam communiter: quidam discrete: q̄ est dicere: substantiarū quędā est prima substătia/ quędam secunda substantia: & per hanc diuisionē sufficienter distinguuntur dicibilia pdicamenti substantię adinuicem.

¶ Argumētū qđ formabat in principio soluitur secundum vtramq; viam. Secūdū nominales dicendo q̄ diuisum nec est prima nec secūda substantia: patet quia cum sit terminꝰ secūdę intētionis non habet modum significādi talis prędicamenti: secundum reales etiam patet clarior solutio.

¶ Iā declaranda est prima pars textus de diffinitione tam primę q̄ secūdę substantię. Et primo videatur quid cōmuniꝰ astruūt nominales vertasti indagatores: verę intelligentię textus Aristotelici assertores vigilantissimi. Notandum est q̄ hoc vocabulum prima substantia potest accipi primę intentionaliter et secundę intentionaliter. Primę intentionaliter si accipiatur diffinitio sic debet declarari. Substantia autem quę propriſſime & primo maxime substat dicit: ea nimirum est/quę nec est in subiecto nec dicit de subiecto: vt aliqs homo. Dicit/propriſſime/substare res quę est prima substantia ad differentiam secūdę: eo qđ prima substantia est re & ratione substătia: vt cōstat. Secūda substantia scōm nominales non reperit re: sed ratione. Dicitur/primo/ad differentiā aliquoꝝ accidētiū quę & si videātur substare: primo tamē substat substantia: cum de sua ratione sit esse per se. Dicit/maxime/ad differētiam omniū accidētium: nam & si aliqua videantur substare maxime tamē substătia substat: quia nulli accidenti non substat naturaliter loquēdo & nil illi substat. Ex quo habetur huius diffinitionis diffinitum nō supponere pro deo/nec deum secundum hāc acceptionē appellari substantiam. Dicit/nec est in subiecto. s. non inhęret alicui subiecto. Nec dicitur de subiecto: ex eo est quia res non prędicant: nec in hac acceptione alcuius momēti debet esse apud logicum.

¶ Nota tn̄ q̄ illius diffinitionis diffinitū est totum illud/quę propriſſime primo & maxime. Pro bat vt habet Argiropilus & placet Fabro: nam alias nō esset bona diffinitio: cum alicui competeret diffinitū cui non diffinitio. Nam conuenīret secundę substantię ea deo iste terminus substătia: nō tamē diffinitio illa. s. substare ppriſſime &c. Nīsi cum non aliūde determinetur. ille terius substătia/p oīa substantia staret: ideo recte dicitur q̄ diffinitum sit id quod assignat Argiropilus.

¶Si vero accipiaꝫ substātia prima secū de

intentionaliter dictā in diffinitione proprissime substare:esse subiectū in p̄dicatione directa: nā in p̄dicatione idirecta substare impropriū substare est:t apter hoc dicitur a prima substātia nulla est predicatio.i prima substantia p̄dicatione directa de nullo predicatur. ¶Sicꝫ primo:nā minus principaliter,substare est aliquid de illo predicari:quia principalius de altero p̄dicatur. Et sic quicquid de termino connotativo predicatur:minus principaliter predicatur:quia p̄supponitur predicatio de absoluto. Et quicquid de secunda substantia predicatur:ideo predicatur: quia de prima predicatur: t non econtra vt patet. Et sic de primo ad vltimum quicquid predicatur predicatione directa de aliquo:ideo predicatur: quia de prima substantia predicatur. Loquor de p̄dicatione accidentium in concreto. Nec hoc obstat: substantiam secundam esse priorem prima : ea prioritate a qua non conuertuntur subsistendi consequentia. ¶Sicitur maxime substare quod pluribus substat p̄ aliquod dicibile predicatione directa:t ipsum de nullo predicatur predicatione directa:sed prima substātia directe substat omni secundę substantię: t omni dicibili connotatiuo:t nil substat illi directe:ergo maxime substat exposito diffinito. Dicitur in diffinitione non est in subiecto: per quod intelligitur:quod non predicatur accidentaliter. Dicitur nec dicitur de subiecto.i.non p̄dicatur directe. Per subiectum potest indifferēter intelligi quod libet dicibile secunde intentionaliter accipiendo vocabulum. In exemplo Aristo. aliquis homo tantum valet sicut Socrates vel indiuiduum.

¶Secundę autem substantiæ &c.

¶Secūdum nominales hęc diffinitio nō potest explicari prime intentionaliter:nec secunda substantia potest accipi prime intētionaliter:ideo debet explicari secunde intētionaliter: t licet Aristoteles dederit hanc diffinitionem in plurali:vt ostēderet inter secūdas substantias esse genera t species explicata in singulari manet clara in plurali:t sic secunda substantia est dicibile in quo est prima substantia.i. sub quo essentialiter quiditatiue t directe est prima substantia. Dicitur essentialiter directe:ad secludenda dicibilia accidentia. Dicitur quiditatiue:ad secludendas differentias essentiales:quę bene p̄dicantur essentialiter directe: nō tamen quiditatiue.

¶Secūdum reales,diffinitū diffinitionis primę substātię potest accipi pro substracto vel pro p se significato:si pro per se significato non oportet illi secū dę intentioni competere diffinitionem: sed intelligendum est illam secundam intentionem fundari in re quę de per se et directe participat generalissimum substantię:t non est in subiecto/nec dicitur de subiecto : nec assentiendum est his qui dicūt secundam intentionē hic diffiniri:cum diffinitio illi nō potest competere : nec etiā diffinitio primę intentionis potest adaptari secundę intentioni.

¶Si vero diffiniaꝫ p substracto,est dicendum quod id quod importatur per diffinitum non est vniuersale:cum prima substantia non est quid vniuersale:nec etiam aliquod singulare:quia nunc non competeret diffinitum omni cui diffinitio competit: sed videtur dicendum quod prima substantia pro substracto importat quancunq substātiam: quę nec est in subiecto: nec dicitur de subiecto:t hoc inconuenienter:t hoc pacto cuicunq potest competere diffinitum t diffinitio t ecōtra. Nam p̄dicatio per terminos debet fieri. Et per hoc potest solui argumentum quod potest fieri apparens: vel diffinitur aliquid vel nihil:non nihil:ergo aliquid: vel vniuersale vel individuum. si vniuersale t nō nisi de prędicamento substantię:ergo non sibi competit diffinitio: quia bene dicitur de subiecto. Si individuum:iam alteri individuo competeret diffinitio:cui nō diffinitum. Etiam diffinitio secundum Aristo. solius speciei est cū de individuis non habeatur scientia. ¶Nec valet dicere q quidam dicit in suis p̄dicamētis: quod diffinitur quidam modus incommunicabilis existentię: patet. Nā ille modus incommunicabilis existentię:vel est vniuersale vel individuum:si vniuersale ei non competit diffinitio/siue sit substantię/siue accidentis. Etiam si vniuersale est:non potest esse modus incommunicabilis existentię:si individuum:sequitur cum non sit commune alijs individuis p̄dicamenti substantię:quod alijs competit diffinitio t non diffinitum.

¶Ideo aliter oportet dicere,qđ iste terminus prima substantia cum est terminus primę intentionis importat inconuenienter vel diuisim omnem substātiam:quę nec est in subiecto / nec dicitur de subiecto:et sic de quocunq potest verificari diffinitum pro substracto t diffinitio t econtra.

¶Nota secundū Scotū hanc propositionem prima substantia est secunda substantia debere distingui. Nam si vtrumq extremum capitur vt quid: tale est:nam denominatum vel substractum importatum per subiectum non est secunda substantia:si vtrumq vt modus talis:nam secunda intentio primę substantię nō denominat id qō secunda intētio secundę substātię. Si autem subiectum vt quid:p̄dicatū vt modus vera est: nam res que est prima substantia bene potest fundare secundam intentionem secundę substantię.

¶Secundū doctorē Sanctum, quid sit tenendum circa primam t secundā substantiam breuiter dicitur:vt ex supernis dictis cōstat:quod a parte rei non est vniuersale nisi quatenus fundat intentionē vniuersalitatis:et sic quelibet substātia secūdum eū est prima ineſſe reali:si aūt in esse intentionali fundet secūdam intentionē speciei:sit species:si autem fundet secundam intentionē generis sit genus:t sic operatione intellectus: eadē res fiet genus species:t erit individua in esse rei. Ex dictis alibi hęc sunt dilucida in hac via.

¶Manifestum est autem &c.

¶In hac cōclusione ostēdit Aristote.satis subtiliter modum p̄dicandi:quem habent omnia dicibilia in ordine ad primam substantiam:quam ostendimus secūdū Arist.maxime substare. Et vt melius p̄ossit hęc conclusio intelligi:quę aliquale habet difficultatem:quia varie a multis exponitur. Est notandū q p̄dicari nomine est vnuoce directe p̄dicari siue denominatiue siue essentiali vnuocatione:predicari ratione est essentialiter p̄dicari secundum se vel suam diffinitionem Sed nota q ratio accipitur equiuoce in hac conclusione:nam respectu connotatiui dicibilis quod extrinsice connotat per rationem debemus intelligere abstractum. Respectu dicibilium vniuersalium substantię per rationem intelligemus diffinitionem. Aliud est notandum quod subiectum in hoc p̄dicamento aliquando accipitur pro prima substantia:aliquando pro eo qō est subiectum denominationis. His premissis facilis est nunc conclusio:quia in illa tanguntur omnia alia dicibilia a prima substantia. Nam si sunt species vel genera vel differentię p̄dicamenti substantię/ dicuntur de subiecto:deest de prima substantia nomine t ratione. Si vero sunt abstracta importantia aliquid realiter distinctum a significato materiali suorum concretorū: vt sunt albedo t nigredo t similia abstracta: non dicuntur de

subiecto nec nomine nec ratione:si autem sint concreta istorum abstractorum p̄dicantur nomine non tamen ratione vt patet. Aliqui afferunt multa absona t violenta textui Aristo.in hac conclusione declaranda: quę videri meo sic bene declarata est. Hinc infert Aristo. omnia alia a primis substantijs aut dicuntur de eis/aut sunt in ipsis. Contra hoc posset quis arguere:isti termini albedo t nigredo non dicuntur de prima substantia:nec etiā sunt in prima substantia:quia non p̄dicantur accidentaliter:igitur. Ad hoc potest dici q satis est quod prime intentionaliter res significatę per illos terminos sint in subiecto:vel si velis intelligere secunde intentionaliter dicas satis esse:q sint in subiecto secundum sua concreta. In eo enim quod asserit in fine huius cōclusionis. s. q si homo de nullo homine dicitur:non dicitur de homine videtur carpere Platonē in assignatione idearum.

Commen. ¶Posset aliquis quærere ex quibus dictis sequitur hęc conclusio cum dicat Aristo. Patet autē &c. Dicitur secūdum Commentatorem q ex illa regula ante p̄dicamētali. Quando alterum &c. sed licet hoc sit verum quantum ad aliquid sui:scilicet quantum ad illud q si homo dicitur de aliquo homine animal rationale mortale dicetur de illo:non tamē quantum ad propositum totius conclusionis:ideo videtur mihi dicendum q ex diffinitione primę substantię/ t ex modo quo substat omnibus alijs maxime substando:scilicet vel potest consequenter tradi hęc conclusio. Correlarium huius conclusionis est:quod corruptis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere prime intentionaliter procedendo:t naturaliter constat correlarium. Secunde intentionaliter corrumpi respectu incomplexorum est non supponere:licet respectu propositionum est falsificari.

¶Secundū reales intelliguntur ista de rebus vel de conceptibus obiectiuis: t relinquo ulteriorē decisionem lectori.

¶Secundarū vero substātiarū &c. In hac conclusione Aristo.postq in precedenti conclusione cōparauit omnia dicibilia ad primas substantias:hic comparat secundas substantias adinuicem: et dicit speciem esse magis substātiam q genus:t ante probationem est notandum:quod non intelligitur intensiue: cum inferius dicet substantiam non suscipere magis et minus. Sed cum secundum Arist. iij. thopicorum quod magis accedit ad maxime tale est magis tale:t cum iam sit ostensum in substantijs esse aliquā quę sit maxime talis: ideo comparatione ad illam ostenditur inter secundas aliq esse magis substantiam altera. Et probat hoc Aristote. duplici ratione. Prima est si aliquis petat de prima substantia quid est/ sufficientius respondetur per speciem quam per genus:quia pauciora restant quęrenda:t magis explicatur t distinctius quid sit talis res. Nam quęrenti quid est sortes/distinctius respondetur dicēdo est homo quam animal:quia pauciora restant quærenda. Secunda ratio est quia species magis substat q genus. Nam si prima substantia ideo est maxime substantia: quia maxime substat:ergo illa est magis substātia quā altera si magis altera substat per regulam thopicorum allegatam.

¶Ipsarum vero specierū &c. Cōparat in hac conclusione secundas substantias quę sunt species specialissime ad inuicem:t dicit omnes species specialissimas quę sunt substantię esse equaliter substantiales:probat duplici via. Prima est tātum distat vna species specialissima a suis individuis:sicut altera vt est notum:ergo tantum distat vna sicut alia a prima substantia ergo equaliter substantię. Secunda via:ita distincte respondetur per vnam sicut per alteram quęrenti de virtusq prima substantia:igitur equaliter sunt substantię: patet per id quod est dictum in secunda conclusione.

¶Similiter autē & in primis &c. Comparat primas substantias adinuicem dicens:q sunt equaliter substātię:quia vna non magis altera substat: vt est perspicuum:nec distincius per vnam quā per alteram respondetur quęrenti de vtroq significato vtriusq.

¶Merito aūt post primas &c. Postq Aristo. fecit comparationem omnium dicibilium ad primā substantiam:t comparauit secundas substantias adinuicem t ad primam substantiam/ t etiam primas adinuicem:t nunc ostendit inter omnia dicibilia solas species t genera p̄dicamenti substantię merito appellari secundas:nam quęrenti de prima substantia quid est: sufficientius respondetur per genus t speciem p̄dicamenti substantię: quā per dicibilia alia accidentium in p̄dicatione directa:et nullum accidēs subiicitur respectu substantię p̄dicatione directa: igitur post primas substantias:solę species t genera sunt secundę in substando.

¶Reales in his cōclusionibus declarabūtur/si qō tribuitur a nobilibus terminis tribuamus rebus:vel his quę in recta linea p̄dicamentali collocantur. Et quia percepto modo dicendi nominalium : nil difficultatis relinquitur in via realium in his conclusionibus:ideo supersedeo ab vlteriori processu.

¶Sequuntur communitates substantiæ.

¶Prima est:cōmune autē omni substātię est in subiecto non esse &c. Probatur. s. de prima substātia quę necesse in subiecto nec dicitur:vt liquet ex diffinitione sua: de secunda probatur : nam dicitur de quodā homine in nullo tamen est: quoniam (esse in) accipitur pro p̄dicari accidentaliter: sine pro inhęrere subiecto. Secunda ratio est: omnia illa quę sunt in subiecto non p̄dicantur nomine t ratione de subiecto : sed omnes secundę substantię dicuntur nomine t ratione de subiecto: ergo nullę secundę substantię sunt in subiecto:consequentia in cesare:antecedens patet ex prima conclusione: ergo consequens verum: t sic communitas vera. Addit Aristo. q hoc non est propium secūdarum substantiarum: quia etiam conuenit differentijs substātialibus vt constat.

¶Remouet Aristoteles dubium quod aliquis posset facere de partibus substantiarum: nam videtur quod sint in subiecto cum sint in toto: respondet q licet sit in alio non sicut accidens in subiecto: sed sicut partes in toto.

¶Secundum reales,hæc communitas sic intelligitur:q cōest omni substantię finitę et limitatę non esse in subiecto completo:nec esse accidens denominans subiectum inhęsionis:etiam differentijs essentialibus idem competit.

¶Ineſt autem substantiis &c. Nota quod hic loquitur de vnuoca p̄dicatione:quatenus a denominativa accidentali distinguitur:t per vnuocā p̄dicationem intelligi debet p̄dicari nomine t ratione: et probatur sic:species dicuntur de prima substantia nomine t ratione:t genera de speciebus:ergo t genera de primis substantijs:per regulam ante p̄dicamentalem.

Quãdo alterum de altero ꝛc. Ergo genera ⁊ species dicuntur nomine ⁊ ratione de prima: et etiam differentię vt constat: ergo vniuoce predicãtur de primis: patet consequentia: quia predicantur nomine ⁊ ratione. Ex quo elicitur non loqui hic de vniuocatione: quatenus distinguitur contra equiuocationem tantum: sed contra predicationem denominatiuam accidẽtalem: substantię autem prime non sic vniuoce predicantur: quia a prima substantia nulla est predicatio intelligendo de predicatione directa.

¶ Secũdum reales notum est ex dictis de vniuocatione ⁊ ęquocatione in antepredicamentis: qualiter secundę substantię descendant vniuoce in primas substantias. De differẽtiis vero cũ sint ꝑceptus simpliciter simplices est dicendũ: ꝙ cũ non habeant diffinitiones quidditatiuas nõ eodẽ modo dicũtur vniuoce de primis substantijs quo secundę: sed ex eo ꝙ eodẽ conceptu per se vno dicũtur de primis: de quibus licet in quid nõ predicentur in concreto sed in quale: tamen sunt de p se cõceptu primarũ substantiarum: cum sint de quidditate/ ⁊ de hoc satis est ad vniuoce predicari de primis.

¶ Tertia cõmunitas. Omnis autẽ substãtia ꝛc. In hac communitate ostendit Aristo. omnem modum significandi: tam prime quã secũde substãtię/ ⁊ dicit quod videtur omnẽ substantiam significare hoc aliquid. Non tamen verum est inquit: sed prima significat hoc aliquid/secunda vero qualequid: licet secũda videatur hoc aliqd significare sub appellationis figura. Ꝓpter intellectu vero huius communitatis est notandum ꝙ significare hoc aliquid/est significare substantiam discrete ⁊ absolute. Significare vero quale quid est communiter significare substãtiam ⁊ absolute. Dicit primam substantiam sine cõtrouersia significare hoc aliquid: cum sit individuum predicamenti substantię: quod nec est in subiecto nec de eo dicitur. Secunda tamen substantia videtur hoc aliquid significare: nam quicquid prima substantia significat significatur per secundam: ⁊ cum prima significet hoc aliquid: apparet propter appellationis siue nuncupationis figuram: quod cum quis quendam hominem appellet appellare hominem aut animal: ⁊ sic secundam substantiam hoc aliquid significare. Dicit attamen non significare nisi qualequid: ex eo quod non singulariter: sed communiter significet.

¶ Dubiũ an significet qualequid sicut albũ. Dicitur quod non. Nam secunda substãtia determinat qualitatem circa substantiam. i. modum significãdi cõmunem: cũ cõmuniter significet substãtiã: albũ vero solã qualitatem significat ex o qõ secundũ formale ponitur in predicamẽto ⁊ sit principale significatum quo pertinet ad predicamentum. Secunda substantia substantiã significat: ⁊ circa eam qualitatẽ determinat modo explicato. Nota qõ qualitas q̃ importatur per secundam substantiam accipitur sẽde intẽtionaliter: quę vero per ly album primę intentionaliter. Subiungit Aristo. qõ hęc qualitatis determinatio maior est in genere ꝓ in specie: cum plura significet genus ꝓ species.

¶ Secundum tamen reales quãdo dicitur prima substantia significat hoc aliquid: secunda qualequid illę copulę capiuntur pro copulis de actu exercito: sic. i. quod prima substantia est hoc aliquid: et secũda est qualequid. i. prima substantia est individuum et repugnat illi communicabilitas ratione principũ individuationis quod per se includit: ⁊ secunda substãtia de se est communicabilis.

¶ Quarta communitas, inest autẽ substãtijs nihil illis esse contrariũ ꝛc. Pro intelligentia huius proprietatis notandum est: ꝙ hic non loquitur de contrarietate physica sed logica: cum bene in primo physi. concesserit principia rerum naturalium esse contraria. Et sic contrarietas logica est terminorum: quę non possunt verificari de eodem simul. sed bene successiue cõ tantum extrinsice qualitates contrarias. Et sic nullus terminus de predicamento substantię nec quantitatis ⁊ plurimi de predicamẽto relationis non habent contrarium: exempla Arist. sunt clara.

¶ Mouet Arist. dubium, nam multũ pauco videtur cõtrariari: ergo quantitati inest contrarietas Respondetur quod quicquid sit pro nunc: quia postea in predicamento quantitatis discutietur an magnum ⁊ paruum contrarientur et multum ⁊ paucum: dicit nunc Aristo. determinatorum nullum vni est cõtrariũ. i. quicquid sit de istis terminis magnum paruum: tamen termini importantes quantitates determinatas et certas species non contrariantur: sicut tricubitum ternarius et sic de alijs: et sic verum est quod quantitati non inest contrarietas.

¶ Secundũ reales intelligitur quod nominales intelligunt prime intentionaliter. s. qõ nulla res quę est substantia vel quantitas: vt sic habet cõtrarium: accipiendo cõtrarietatem stricte pro ea quę est inter res quę inter se maxime distant et vicissim insunt et mutuo se expellunt: ⁊ sic etiam determinatis quantitatibus cõuenit. i. determinatis speciebus quantitatis. Si autem acciperetur contrarietas pro qualicunq; repugnãtia bene inter substantias esset contrarietas: ⁊ etiam inter quãtitates. sed non esset ad propositum quod hic pretendit Aristote.

¶ Videtur añt substantia nõ &c. Vt intelligatur hęc communitas est notandum quod semper loquitur hic Aristote. logice: ⁊ pretendit dicibilia predicamenti substantię nõ predicari cum ijs aduerbijs magis ⁊ minus: eo quod res significatę per talia dicibilia non sunt intensibiles et remissibiles: cum vna substantia indiuisibiliter excedat alteram: ꝑ sint differentes species: si vero sint eiusdem speciei sunt ęque perfectę: bene tamẽ res alba dicitur magis vel minus alba altera: cum albedo sit intensibilis ⁊ remissibilis.

¶ Soluit dubiũ Arist. dicet aliquis, dictũ fuit in secunda conclusione quod vna substantia scilicet species est magis substantia quam genus: quo modo igitur dicit nunc Arist. quod substantia nõ suscipit magis ⁊ minus. Respondetur quod in secunda conclusiõe intellexit illud accipiendo illum terminum substantia secunde intẽtionaliter: ⁊ etiam illum terminum magis ⁊ minus: vt patuit ex probatione illius secundę conclusionis. In hac autem communitate accipit illum terminum magis ⁊ minus prime intentionaliter.

¶ Reales dicent id quod nominales intelligunt prime intentionaliter. s. quod substantia non est intensibilis ⁊ remissibilis: ⁊ ad dubiũ dicẽt qõ illa substantia secunda in esse obiectiuo est magis substantia q̃ paucioribus est communicabilis: ⁊ q̃ plures conceptus obiectiuales eorum qui ponuntur in recta linea quidditatiue cõtinet. Hic vero dicitur nullam substantiam esse intensibilem ⁊ remissibilem. sicut qualitas dicitur intensibilis ⁊ remissibilis.

¶ Maxime vero propriũ substãtiæ esse videtur ꝛc. Hęc proprietas si secundę intentionaliter debeat exponi et logicaliter: illa dictio maxime est aduerbium. Et hoc quod est verificari de terminis contrarijs maxime proprium est terminis de predicamento substantię. Et si forte alijs terminis cõpetat hoc non est nisi quia primo competit terminis de predicamento substãtię. Si vero debet intelligi prime intentionaliter: tunc illa particula/maxime/accipitur adiectiue: et solum competit rei quę est prima substãtia. Nec alicui alteri rei cõuenit hoc quod est suscipere contraria sicut substantię: nam color idem nunc est albus ⁊ postea niger sicut vna substantia: ⁊ sic dicitur de alijs.

¶ Format Aristo. argumẽtũ vna propositio nunc est vera ⁊ postea falsa: ergo non tãtum substantia est contrariorum susceptiua. Respondetur ꝙ substantia sui mutatiõe suscipit cõtraria: propositio si dicaꝫ nũc vera/nũc falsa: hoc est propter mutationem quę fit in re ad extra: ⁊ non propter mutationẽ quę fit in propositione. Ꝓbat hoc Aristo. nam ab eo ꝙ res est vel non est ꝓpositio dicitur vera vel falsa. Concludit Arist. ꝙ maxime proprium est substantię per sui mutationẽ realẽ esse susceptiuam contrariorum.

¶ Reales hoc idẽ debẽt sentire qđ nominales sentiunt prime intentionaliter: nisi quod videtur qõ solutio quam dat Arist. dicendo quod oratio nõ dicitur falsa vel vera propter sui mutationẽ: procedit contra reales ponentes veritatem esse accidens superuenięs propositioni. Sed ad hoc potest dici quod Arist. intelligit de mutatione reali ad qualitatẽ absolutã: nec acquisitio relationis est mutatio vel causa: mutationem aliquam realem de qua hic loquitur aristo. Maior discussio huius proprietatis in argumentis quę tangentur contra hanc communitatem fiet.

¶ Nũc formabunt argumẽta & mouebũtur difficultates: quoniam secundum Arist. .ij. metaphy. Veritatem inquirentes sine dubitatione similes sunt ignorantibus quo ire oporteat.

¶ Arguit cõtra diffinitionem primę substãtię declaratã secũdum notales/⁊ arguit sic: anima rationalis est prima substantia: cũ sit substãtia/nõ secũda/ vt liquet: ergo prima ⁊ est in subiecto: cũ sit in materia/ igitur. Add hoc forte dicet ꝙ nõ est in subiecto inhęsiue: sed informatiue qõ requirebat ad hoc qõ dicatur esse in subiecto ꝓpie intẽtionaliter. Cõtra saltẽ secũdę intẽtionaliter alijs terminus singularis de ꝑdicamẽto substãtię predicatur accidentaliter/patet: volo ꝙ verbum assumat vnione hypostatica sortẽ: iã ista cõcederetur deneoꝫ: ina verbũ est sortes: ꝺa potest vere affirmari ⁊ negari de eodem omnino supponẽte ꝓ eodẽ: cum possit de relinquere humanitatẽ sortis. ¶ Ad hoc respõdetur ꝙ nunc ille termin⁹ sortes nõ est de ꝑdicamẽto substãtię/ ꝺa est terminus cõnotatiuus/supponit eñ pro verbo cõnotando habere sibi vnitã humanitatẽ sortis. Cõtra hoc arguit sic: stat aliquẽ terminum absolutũ significare distincte sortem: ⁊ tamẽ est in subiecto secunde intentionaliter: igitur. Pater de visione qua beati in verbo noticia matutina videt sortem: illa est distincta: nam distinctius ꝓ illam cognoscit sortẽ ꝓ in ꝓprio genere: ⁊ per illam cognoscit multa connotatiue de sorte: ergo predicaꝫ denominatiue de sorte: ⁊ sic prima substantia est in subiecto. Si dicas qõ secundum qõ significat sortem est absolutus conceptus: vt sic: ⁊ secundum ꝙ significat illum: vt album vel currentem est connotatiuus. Contra ille cõceptus naturaliter proprie significat: ⁊ in mente non est possibilis ęquiuocatio: ergo non potest sine contradictione ille conceptus significare absolute ⁊ connotatiue eãdem rem. Item ille conceptus naturaliter proprie significat ⁊ distincte: ergo si absolute hanc rem significat ⁊ naturaliter proprie: non significat illam rem connotatiue: alias esset equiuocatio. Add hoc respondetur qõ illa visio beatifica formalis: distincte representat sortem: id est non obscure: non tamen distincte/ id est sic hanc rem ꝙ non aliam: quod requirebatur ad hoc quod esset prima substantia: nec incõuenit: cum sit qualitas supernaturaliter acquisita quod etiam naturaliter proprie significet sortem absolute ⁊ connotatiue: ⁊ ratio procedit de qualitate naturaliter acquisita: ⁊ ideo quod infert de hac non est inconuenientes.

¶ Ex quo sequit ꝙ aliquis cõceptus absolutus ⁊ cõnotatiuus potest dari significãs distincte quãlibet rem mũdi: ⁊ non confuse: qui nõ sumitur a conuenientia essentiali nec accidentali: nec est synonimus alicui transcendenti. ¶ Secundum corelarium/ qõ potest dari aliquis conceptus absolutus distincte et absolute representans sortem ⁊ Platonem: et nullum alium hominem: corelarium patet ex dictis.

¶ Secundo arguitur sic, suppositio scđm Gregorium ꝙ abstractiua rei est intuitiua speciei. Notitia abstractiua sortis est prima substãtia/quia cũ intuitiua et abstractiua rei sint termini synonimi: sequit ꝙ cũ intuitiua sit prima substantia: etiã abstractiua: sed illa abstractiua dicit de subiecto: quia cũ significet propriẽ sortem ⁊ eius speciẽ sequitur vere predicari de sorte ⁊ specie: ⁊ sic de pluribus quod erat propositum. Forte dicetur qõ significat sortẽ vt videtur sentire Gregorius, cõnotatiue pro quanto illa species est eius imago. Contra: si propter similitudinem inter speciem ⁊ sortem illa imago repręsentat sortem: ⁊ ideo cõnotatiue: sequeretur quod in mente esset equiuocatio: quia idem conceptus significaret absolute ⁊ cõnotatiue. Etiam sequeretur ꝙ cum omnis cõceptus significans aliqua significet illa propter aliquas conuenientiam/ꝙ illa notitia significabit illa quę sic vt magis conueniunt: sed magis conueniunt reliqui homines cum sorte: quam eius imago siue species: ergo nõ solum sortem ⁊ eius speciem significabit/sed omnes homines quod est falsum.

¶ Ad hoc argumẽtũ respõdeꝺ: ꝙ illa notitia abstractiua licet dicatur vere de sorte ⁊ specie nõ tamen directe: ex eo ꝙ cum absolute significat ⁊ sit terminus singularis: nõ predicatur sicut superius de inferiori. Et si dicas significat plura dissim ꝛc. ergo est terminus cõmunis: sicut alias in quęstionibus prohęmialibus est dictum: non valet consequentia: sed debes in antecedenti assumere: ⁊ significat illas res immediate: modo significat vnum mediate: ⁊ aliud immediate: ⁊ ideo non est terminus communis. Ad aliud in quo dicitur ꝙ esset ęquiuocatio: non sequitur/quia deberet significare eandem rem absolute ⁊ connotatiue quod non datur. Sed contra hoc arguitur: saltem faceret predicationem directam si esset terminus connotatiuus: ideo dicitur secundum Gregorium non significare cõnotatiue. Ad aliud in quo probatur debere significare omnes homines: non sequitur/quia non significat sortem ⁊ eius speciem illa notitia abstractiua propter conuenientiam essentialem: sed propter similitudinem obiectiuam inter illas res: cum hoc quod vna est causa alterius.

¶ Et sic non significat alios homines, nec etiam conceptum rei intuitiuum: ex eo quod species significat obiectiue rem: conceptus vero formaliter.

¶ Tertio arguitur sic: terminus conuertibilis cum hoc termino sortes est terminus communis: igitur hic terminus sortes non est prima substantia: consequentia patet sed probatur antecedens de isto termino entia quę sunt sortes: nam sub illo valet ascensus ⁊ descensus: igitur est terminus communis/ consequentia est nota per diffinitionem ascensus: antecedẽs patet: fiat supponere hic terminũ entia q̃ sunt sortes: nõ supponẽte isto termino ista duo entia quę sunt sortes: ⁊ isto termino ista tria entia quę sunt sortes, ꝛc. patet. Nam vbi ꝑ trãspositionem

partium supernaturaliter fieret trāspositio partiū manēte toto sorte iā supponeret ille terminꝰ cntia q̄ sunt sortes nō supponēte illo tꝫo ista duo ētia: ꝛ sic de alijs ergo arguēdo ab illis ad cū esset ascēsus ꝛ cōtra descensus.

¶ Ad hoc argumētum respōdetur illum terminum bene habere terminos inferiores in supponēdo: sed non in significādo simul quod requiritur. Et ad ascensum dico ꝙ non est ascensus: quia debet procedere ad terminum superiorem in significando ꝛ supponēdo simul. Et si arguas: iste non esset ascensus iste homo est animal: ꝛ iste homo est animal ꝛc. ergo omnis homo est animal: cum ille terminus homo non sit superior in significādo ad istos terminos iste homo ꝛc. Dicitur ꝙ satis: est de significatione totali illum terminum esse superiorem licet de partiali non.

¶ Quarto arguit̄ sic cōtra realiū positionē ꝛ diuisionis declarationē: humanitas a verbo assumpta est substantia habens omnia requisita ad esse in predicamēto ꝛ non ponitur in aliquo/patet: maxime in predicamēto substātię: sed hoc nō. Mā si est substantia: ergo corporea vel incorporea: ergo animata vel inanimata: ergo aīal: ergo homo: sed nō est homo vt notū est/igitur: quia est nomen suppositi: sed secundū Arist. si homo dicitur de hoīe: ergo de aliquo hoīe. Mā si de nullo hoīe dicitur: ergo nō dicitur de homine. Sed certū est ꝙ illa humanitas nō est aliqs homo: ergo nō est homo: ergo nullo modo pertinet ad predicamentum.

¶ Itē si humanitas christi esset substantia prima vel secunda: non secunda vt notum est: nec etiam est prima substantia: quia nō maxime substat: cum alieno supposito sustentatur.

¶ Ad hoc respōdet̄, ꝙ satis est ad aliquid poni in predicamento: ꝙ sit compositum physicum singulare: licet non sit suppositum. Et sic dico ꝙ illi termini in coordinatione predicamentali non sunt nomina suppositorum: sed individuorum vel singularium. Vel dic ꝙ Arist. non percepit illam ineffabilem vnionem: ꝛ sic non inconuenit ꝙ extimasset omne individuum substātię esse suppositum.

¶ Potest difficultari cum cōpositio metaphysica sit potissima ratio quare aliquid pertinet per se ad predicamētum: vnde est qđ reales nolunt admittere animā rationalē ptinere ad p̄dicamentū: cū illa habeat suū cōplementū cōpositionis metaphysice: quę requiritur ꝛ sufficit. Nam non minus secundum suū gradū perfectionalem constituitur metaphysice anima quā angelus. Si dicas debet esse suppositū: hoc nō requirit: vt patuit in solutione quarti argumēti: ꝛ notum est plurima poni in recta linea predicamentali secūdum reales: quę non sunt supposita: patet: de conceptibus obiectiuis libꝰ Si dicas est ens incompletum. Contra: si est ens incompletum: hoc est ꝛ quantū ad compositionem physicam: ꝛ cū habeat complemētum metaphysicum nō videtur qua ratione reſciatur. Item potest diffiniri diffinitione quidditatiua: ergo per genus ꝛ differētiam ergo sequitur ꝙ illud sufficit ad poni in p̄dicamēto. Si dicas est pars ꝛ illud obstat. Contra: magis dependet accidens a substantia q̄ anima a materia/vt est manifestum: quoniam naturaliter anima potest esse ꝛ intelligi sine materia: accidens vero nō sine subiecto: sed accidens ponitur per se in predicamēto: ergo anima rationalis. Et propterea videtur quod illud magis teneatur propter communem doctorum asseuerationem: ꝙ propter rationem vel auctoritatem Arist. conuincentem. Nec video quare p̄ceptor meus in nulla duarum coordinationum substāt̄ę: quas adfabre tradidit, collocauit animam rationalem.

¶ Cōtra secūdam communitatē substantię arguitur sic: accidentia vniuoce p̄dicantur de primis: igitur non solum conuenit secundis substantijs: et earum differentijs: patet: quia iste terminus album vniuoce dicitur de primis: quia de homine ꝛ equo. Itē differentię secundarum substantiarum secundum nomina les nō possunt diffiniri vt patet/saltim quiditatiue. Nec etiam secundum reales: quia sunt conceptus simpliciter simplices: ergo non dicūtur nomine ꝛ ratione. Prima consequentia probatur: quia p̄dicari ratione est p̄dicari secundum diffinitionem: ergo si non p̄dicātur nomine ꝛ ratione nec vniuoce. Etiam secundum reales rationalitas non p̄dicatur vere de prima substantia vt est notum.

¶ Pro solutiōe huius argumenti secundū reales repetendum est quod tactum fuit de mente Scoti: in primo ante p̄dicamento in materia vniuocorum: ꝛ habeꝫ ab Scoto in. iij. sen. dist. vij. q. j. quod aliud est p̄dicatum esse vniuocū/ꝛ aliud p̄dicari vniuoce: sic qđ albū dicit esse vniuocum respectu hominis ꝛ lapidis: nō tamen p̄dicatur vniuoce. Per hoc patet responsio ad argumentum secundum reales.

¶ Scđm vero nominales patet responsio ex declaratione illius cōmunitatis secundę. Ad cōfirmationem dicit̄ qđ verum est: sed qualiter differentię dicantur vniuoce de primis substantijs: tā secundum reales q̄ nominales visum est in declaratione communitatis: per quam patet solutio ad confirmationem.

¶ Solet queri, vtrū hęc sit p̄dicatio vniuoca. Sortes est sortes: qđ si sic: iam non solę secundę substantię ꝛ earum differentię p̄dicantur vniuoce de primis: ꝛ quod sit p̄dicatio vniuoca: patet: quia vniuocū de vniuoco p̄dicatur. Respondetur ꝙ in p̄senti ad aliquid p̄dicari vniuoce requirit̄ p̄dicari directe. Per quod nec disparata nec identica p̄dicatio est sufficiēs ad aliquid p̄dicari vniuoce.

¶ Contra tertiam communitatē & cōtra reales arguit̄ sic: non sola prima substātia significat hoc aliqđ igitur: patet: vel significare hoc aliquid est esse suppositum secundū reales: vel esse individuū: non primū: quia tunc humanitas assumpta a verbo non esset prima substantia quod est contra ea q̄ diximus superius in solutione quarti argumenti. Nec secundum: quia accidentia sunt individua: ꝛ sic non sola prima substantia est hoc aliquid.

¶ Ad hoc dicit̄ ab aliquib⁹ quod significare hoc aliqđ scm reales est esse incommunicabile vt qđ ꝛ vt quo: ꝛ sic concedunt illā humanitatē assumptā non esse hoc aliquid: animo concedunt aliquid desinere esse primā substantiā: vbi non desinat esse: patet: sortes nūc est prima substantia/ꝛ tū si assumeretur a verbo illa res iam desinit esse prima substātia: ꝛ sic cōcedunt ꝙ hoc aliquid idē est ꝙ suppositū. Et ꝙ hoc soluunt argumētum dicētes ꝙ illa nō est hoc aliquid: et licet videat esse quęstio de vocabulo ostendit̄ qđ hęc solutio nō possit stare. Arguitur sic/primo quātū ad illud quod dicit ꝙ aliqua substātia est prima substantia: ꝛ potest desinere esse prima substantia nō desinente esse: arguit̄ sic. Omnis substantia est prima vel secunda: loquor de illa q̄ reponitur in p̄dicamēto: humanitas christi est substātia q̄ reponitur in p̄dicamento: cū habeat requisita omnia ad esse in p̄dicamento: ergo est p̄ma vel secūda: nō secūda: quia nō est species nec genus: vt notū est: qz est qđ singulare: ergo est prima substantia: nā alioqui diuisio nulla esset. Quātum ad aliud in quo dicit ꝙ per hoc aliquid debet intelligi suppositum sic argumentor: si hoc esset verum

iam illa substantia nō esset hoc aliquid: ꝛ sic cum sit prima substāa: vt probatum est: aliqua prima substantia non esset hoc aliquid quod est contra Arist. dicētem primam substantiam significare hoc aliquid vbi secūdum reales significare accipitur pro esse.

¶ Ideo videt̄ aliter respondēdū, ꝙ hoc aliquid sit idem quod singulare vel individuum: ꝛ qđ illa est quid singulare: ꝛ quando dicit̄: ergo nō sola substātia est hoc aliquid: quia accidens est individuū. Ad hoc dicitur ꝙ prima substantia est hoc aliquid quod est substantia: ꝛ sic hoc aliquid non quodcunq; singulare dicit: sed id quod est substantia. Et sic intelligitur ꝙ omnis substantia videtur hoc aliquid significare. i. omnis substantia videtur esse substantia quę est individuum. Vel dicas ꝙ Arist. tradidit hęc secundum consideranonem naturalem: ꝛ quod posito miraculo non est multū si aliter sentiamus q̄ litera Arist: prętendit. s. concedendo ꝙ illa est substantia: ꝛ tamen nec prima nec secunda.

¶ Potest hic quęri qđ sit illud quod Arist, dicit ꝙ omnis substantia videtur hoc aliquid significare: ꝛ quod de primis indubitatum est: de secundis vero quod videtur ob appellationis figuram. De prima parte dubij secundum verā q̄ viam iam constitit. De secunda dicitur: quod qui appellat hominem per hanc nūcupationem homo: videtur quid singulare nobis significare: sed hoc solum est nuncupatione: nam significatione communi significat. Et illud est importare qualitatem circa substātiam: hoc est significare cōiter substantiam, Scōm vero reales faciliter potest adaptari responsio.

¶ Contra quartā cōmunitatem arguitur probādo ꝙ substantia habeat cōtrarium: patet: ignis cōtrariatur aquę ꝛ illę sunt substantię: ergo substantijs inest contrarietas. Forte dicetur ꝙ illa sunt cōtraria realia ꝛ q̄ Arist. hic in logica non intelligebat nisi de contrarietate terminorum. Sed contra: volo ꝙ ista litera. a. significet cerram materiam connotando ꝙ sit informata forma ignis: ꝛ. b. significet candē connotando ꝙ sit informata forma aquę iam illi duo termini sunt de p̄dicamēto substantię: quia nil aliud importāt quā substantiam: ꝛ tamen sunt contraria logicalia: quia sunt termini qui non possunt de eodem simul verificari: sed bene successiue: ꝛ cōtinent contraria propzie dicta. Hac diuisione premissa dicitur quod aristote. intelligebat de contrarijs propzie dictis: siue prime intentionaliter: siue secunde.

¶ Argumēta faciliter soluūtur ex hac diuisione. ¶ Cōtra quintā cōmunitatem arguit̄ sic. Substantia suscipit magis vel minus cum vna sit perfectior altera: ergo intentum. Aliqui dicerent vt commentator non esse incōuenies cōparando vnam substantiā vnius speciei ad alteram alterius speciei modo ad aliquid suscipere magis vel minus dicerent requiri: quod in his quę sunt eiusdem speciei cōtingeret vnam rem esse magis talem altera: sicut cōtingit de duobus accidentibus eiusdem speciei. Arguitur contra hoc dupliciter. Primo quando vna albedo dicitur magis talis altera: notū est illud intelligi in perfectione accidentali: quę attenditur penes intentionem ꝛ non de perfectione essentiali. Sed arguit̄ sic: homo qui est pręditus melioribꝰ moribus altero: dicitur perfectior accidentaliter. Etiā qui bonis extremis satis abundat: dicitur magis fortunatus altero. Qui etiā habet meliorem complexionem altero dicitur magis perfectus accidētaliter: et hoc sufficit: ad hoc quod aliquid suscipiat magis ꝛ minus: ergo substātia suscipit magis ꝛ minus eo modo quo accidēs. Et etiā termini de p̄dicamento substantię p̄dicantur cum ūs aduerbijs magis ꝛ minus eodem modo quo termini accidentium.

¶ Scđo est articulus Parisiensis, q dixerit animam christi non esse perfectiorem in naturalibus q̄ anima Jude error. Ex quo habetur quod anima christi est perfectior essentialiter anima Jude: nam essentialia ꝛ naturalia idem sunt: ꝛ sunt eiusdem specie. ergo etiam comparādo vnam rem ad alteram eiusdem speciei vna est magis talis altera: ergo ex solutiōe data sequitur qđ substantia suscipit magis ꝛ minus. ¶ Ad hoc argumentum suppositio ex declaratione textus qualiter hęc communitas est intelligenda: scilicet quod suscipere magis ꝛ minus est esse intēsibile ꝛ remissibile: ꝛ terminos p̄dicari cum ūs aduerbijs magis ꝛ minus: nil aliud est quā tales terminos ꝓnotare res quę possunt intrēdi vel remitti: ꝛ quod hoc quod est intendi ꝛ remitti (vt videbitur in philosophia) solis accidentibus conueniat: ex eo quod plures gradus accidentis se possunt penetrare in eodem subiecto: quod non contingit de substātijs: ꝛ ideo substantia nō est intensibilis vel remissibilis: ex hoc patet solutio ad primū argumētum in quo petebatur: quare accidentia dicantur suscipere magis et minus et non substantię: ꝛ quare termini de predicamento qualitatis p̄dicantur cum ūs aduerbijs magis et minus: et de hac difficultate prolixior habebitur sermo in p̄dicamento qualitatis. ¶ Ad secundum in quo petebatur: quomodo est intelligendus articulus Parisiensis in quo habetur: quod quicunq; dixerit animam christi non esse perfectiorem anima Jude in naturalibus erro. Dicitur quod illa non potest intelligi in essentialibus: cum humanitas quam assumpsit sit eiusdem speciei essentialis cum humanitate cuiuslibet hominis: siue pręscīti siue p̄destinati. Sed dato quod non esset absolutum negare articulum parisiensem: quia tamen cōmuniter adfertur: potest dici ꝙ cum anima christi informauerit corpus omnino carens macula peccati ꝛ complexionatum optima complexione possibili habebat potentias naturales ꝛ animales sensitiuas: nam exteriores q̄

Aristo.

Et isto.

interiores:quibus debebat vti in suis operationibus:p fectiores.7.qualitative melius dispositas:q̄ anima Jude:7 hoc p̄tendit articulus. Si autem de perfectione essentiali fiat consideratio:sic nec de anima/nec de potentijs naturalibus vel animalibus habet verum articulus Parisiensis. Nec curo hic afferre nec disputare opinionem Joannis de ripa ponentis in substantia plures denominationes perfectionis essentialis:quarum prima est intensior secunda:7 deinceps ponit gradus in substantia quę licet subtilis tamen phantastica est: et quoniam extra omnem aliam philosophiam est relinquitur. Aliqui vt Ockellus propter articulum Parisiensem videtur tenere animam christi esse perfectiorem anima Jude:sed hoc relinquitur tanq̄ alienū a veritate catholica.

Joānes de ripa.

Ockellus. Calculator. Paulus venetus. cōmētator.

¶Secūdo arguit sic;substātia habet gradus:7 est intensibilis 7 remissibilis:igitur patet calculator fuisset agit capitulum de intēsione elemētorum: etiā Paulus venetus in primo de generatione suę summę: agit de intensione elementi:ergo videtur nisi elementa essent intensibilia 7 remissibilia inanis esset consideratio. Item commen. iij.cęli asserit formas elementorum esse intensibiles 7 remissibiles: ergo substantia suscipit magis 7 minus. ¶Item in materia de raritate 7 densitate secūdum cōmunem modū calculatorū:illud est dēsius altero quod sub ęquali extensione continet plures gradus materię:ergo substātia habet grads. Si dicas illi non possunt naturaliter penetrari:sequitur saltem q̄ vbi per quancunq̄ potētiam sic disponerentur q̄ essent simultam substātia intenderetur 7 esset intēsibilis.

¶Ad hoc secundū argumentū principale respondetur q̄ illi philosophi inquirunt de qualitatū elementorum intēsione:quatenus binę deputantur cuilibet elemento:7 non de substantia elemētorum. ¶Ad primam cōfirmationem dicitur q̄ Cōmentator locutus est de intensione nimis improprie:et etiam de remissione:appellans formā illam elementi intendi:cuius qualitates primę fortificantur:7 illam remitti cuius qualitates remittuntur vel refrangunturnon tamen est hoc loqui de remissione propria dicta qualis reperitur in accidentibus. ¶Ad secundam confirmationem dicitur q̄ per gradus intelligūtur portiones quędam entitatiue:7 non intentionales:multo aliter considerando q̄ de gradibus intensionis accidentium. Et ad id quod quęritur quid si duę substantię corporeę penetrarent esset intensio:dicitur quod non:quia repugnat earum naturę: nec admisso miraculo aliter est respondēdum. Aliter tamē secundum Aristotelem qui non admitteret primum.

¶Cōtra sextā proprietatē arguitur sic,aliqua substantia siue prime intēsionaliter/siue secunde recipit contraria:7 non per sui mutationem:ergo dictū aristo.quod differt substantia ab oratione:quia substantia recipit contraria per sui mutationem:male dictum est: pate: antecedens. Aliquis homo habens aliquem actū qui est indifferens:potest aliquando esse bonus si ille actus fiat bonus:7 poterit manente eodem actu ille homo dici prauus:cum ille actus possit successiue esse bonus et malus: vt habet Scotus per hoc quod intellectui aduenit dictamen aliquod prudētiale:vel per hoc quod aduenit pręceptum de nouo: quo dato habetur intentum.

¶Cōfirmatur:aliqua ambulatio q̄ est vna potest esse bona 7 mala:ergo aliud a substantia recipit contraria:patet:volo quod aliqua ambulatio pro prima medietate fiat bona intentione: et pro altera medietate mala intentione. Illa est vna immo eadem in prima et secunda medietate:per illud principium physicum qō est Pauli venetiadmissum tamē a communiter philosophantibus:quod quotiescunq̄ alicuius successiui alt quod intrinsecum est:totum illud est:iam illa ambulatio est vnus motus continuus.vt patet ex.vj.physi.7 in prima medietate 7 secunda omnino est eadem:7 tamen in prima medietate dicitur bona:7 postea mala::ergo intentum.

¶Proprimi solutiōe est aduertendū vnū, quod habet scotus in.q.xiij.distin.vj. inquirendo fundamētum propinquū characteris:quem ponit esse relationem extrinsecus aduenientem. Et ex hoc ꝙ respectus extrinsecus aduenięs potest fundari super fundamentū ex cuius principijs nullo modo egrediatur. Nec fundamentum eius proximū oportet determinari ad illum respectum aliquo modo ex ratione sua propria: quia tunc non esset respectus extrinsecus aduenies:sed tantummodo determinat ad illum ab ipso agēte: hęc scotꝰ. Ex quibus clare colligit/aliquid debere poni de per se inēdens respectum:cum fundamentum ꝓpinquum per se non determineꝝ ad illum:vt habet scotus etiam in.q.xj. quolibet. loquens de fundamento propinquo vbicationis passiuę:tandem circa finem quęstionis in solutione cuiusdam argumēti secundi:dicit ꝙ respectum loci in hoc qō est latera distare/oantur duę causę: efficiens. i.illud quod efficiebat illa latera separari:ꝛ formalis est id qō habet vbicationem passiuam:ꝛ est fundamentū ꝓpinquum. Ex quo etiam colligitur ex hoc loco scoti:ꝙ agēs aliquod requirit vltra fundamētum ꝛ terminū ad relationis ꝓductionē. ¶Et si quęraē quod agēs est illud. Ad hoc nō pōt dari determinata respōsionem aliqn̄ est aliquod exterinsecū aliqn̄ interinsecū ex volitas in liberis: aliquando species quę offertur vel phantasma:aliquando vis aliqua cognoscitiua vl appetitiua:aliquādo aspectus aliquis fidereus:ꝛ in pluribus tādem ꝓinq̄ causę determinatio. Et opus est ad hoc aduertere: quoniā cū fundamentum propinquum cum termino non sufficiēter causat relationē extrinsecus aduenientem: opus est in quibusdā vnde sufficienter aliquando ꝓduciē ꝛ aliquādo non:ꝛ tamen hęc inuestigatio nō habet locum in relationibus intrinsecus aduenientibus:cum posito fundamento propinquo ꝛ termino necessario determinātē hęc duo per se ad has relationes ꝛ non ad alias. Et ideo non est opus inquirere alias causas remotas et si opus fuerit actionem ꝛ passionem pcessisse. In extrinsecus vero aduenientibus:cum fundamentū ꝓpinquum cum termino nō sufficiat:inquiritur merito alia causa. Et hoc prędidit Bartholus Castro in vno argumēto quod formāt in capitulo ad aliquid:declarando opinionē nominaliū:per quod videtur concludere ꝙ reales debent deuenire manibus pedibusq̄:ad aliter se habere nominaliū:sed videtur mihi ꝙ sic dicendo potest sufficienter dari causa proxima. Hec remotissima est inuestiganda: quoniam nec quęstio esset scientifica:siquidem scire per causam remotam scire est secundum accidens per Aristotelem primo posteriorum.

¶Et vt potest patere discurrēdo p omnes transitus:non est possibile fieri transitum de cōtradictorio in contradictorium:si/quin acquiratur aliqd absolutum vel respectiuum:sic etiam poterit ex dictis haberi causa sufficiens/quę cum fundamento ꝛ termino (remoto impedimento) causet relationem extrinsecus aduenientem: qō si facias discursum quem facit Castro petendo originem causalitatis relationis extrinsecus aduentis simul inquisitio potest fieri in omni effectu producendo: ꝛ etiā in relationibꝰ intrinsecus aduenientibus:ꝛ tādem veniemus ad aliquam causam extrinsecam: vel intrinsecam cognoscitiuam:vel libertatem vel ad primam causam mouētē:sed in his nō debet nec solet quęrised de causa ꝓpinqua quā dedimꝰ in relationibꝰ intrinsecus:ꝛ nunc assignabitur in relationibꝰ extrinsecus aduenientibus.

¶Notādum est primo q taliter se habere nō est fundamentū ꝓpinquū relatiōis extrinsecus aduenientis: nam fundamentū in relationibꝰ realibus debz esse ꝓtius relatione: quia causa debet esse ꝓior effectu: modo taliter se habere includit relationem igitur.

¶Secundo notādum est, q nō ideo dicit fundamentū ꝓpinquū/quia illo posito cum termio resultet relatio: quia illud solum conuenit intrinsecus aduenientibus: sed ideo dicit fundamētū ꝓpinquum/quia est ratio quare aliquid fundet in se relationē aliquam.

¶Restat nunc aliquarum relationum extrinsecus aduenientium fundamenta ꝓpinqua assignare: vt per hęc facile quinis in alijs possit inuenire: & videtur q ex hoc quod habetur expresse apud scotū in.iiij. distin.vj.quest.x. vbi dicit; characteris qui est relatio extrinsecus aduenies: ipsa anima nuda siue essentia siue potentia est fundamentum ꝓximum: vbi potentia nō dicit respectum: sed idem est quod anima/ab ea tamen formaliter distincta.

¶Et in.q.xi. quolibet. Dicit q si vbi acciatur ꝓsile/pro esse in loco circūscriptiue: nunc corporeitas extensa/non quatenus includit talem respectum est fundamentum ꝓximum talis relationis: quę est vbicatio passiua. Et sic (vbi) dicit formam diuisibilem: nec reperitur nisi in ente extenso: & sic constituit predicamentum. Si vero esse in loco accipiatur impropzie quemadmodum dicitur angelus esse in loco: per presentiam toti loco/& cuilibet eius parti: sic fundamentū ꝓpinquū non est corporeitas extensa: nec/vbi/secundum hāc cōsiderationem constituit predicamentum.

¶Ex his potest haberi, q vnitas formę sine potentia formę siue agentis: siue formę producte est fundamentum ꝓpinquum actionis vel passionis non prout potentia dicat respectum: sed sicut intelligebam de potentia generatiua respectu paternitatis.

¶De fundamento propinquo vbicationis passiuę iam dictum est: de fundamento vbicationis actiuę facile est discernere secundum q locus potest cōsiderari pro loco formali vel materiali: loquendo de loco formali & materiali vt in.iiij. phȳsicorum.

¶De situ cum presupponit, vbi fundamētum propinquum situs erit fundamētum vbi/cum vbi cationę passiue qua totum locatum respicit totum loci: non curando de partibus.

¶Fundamentum quando propinquum, erit vnitas rei quātę diuisibilis: vel entitas rei successiuę discretę quę tempore possunt mensurari: & hinc habetur indiuisibilia quę sunt deus & angelus non mensurari tempore: nec fundare relationem temporis. ꝓximum dicitur ꝓpter res quantas continuas siue permanentes siue successiuas: secundum propter orationē vocalem quę etiam tempore mēsuratur. ¶Habitus fundamentum propinquum est vnitas rei ornandę: si placet extendere ornatum ad spiritualem & corporalem non opus est dicere vnitas rei quantę: sinautem: dicatur quantę.

¶Libuit hęc obiter tetigisse vt per hæc alia possint deprehendi: & vt percipiatur clara differētia inter relationes intrinsecus & extrinsecus aduenientes quantum ad suum esse & fundari. Et per hęc poterūt solui plures difficultates quę solent moueri de relationibꝰ extrinsecus aduenientibus.

¶Relationū altera est distincta a suo fundamento: & est illa cuius fundamentū potest esse sine tali relatione. vt paternitas distinguitur realiter a patre. Altera est relatio identificata cum suo fundamēto: & est ea cuius fundamentum non potest esse sine tali relatione: vt relatio qua creatura dependet a deo in esse & in cō seruari: dicitur identificari cum creatura. Etiam distinctio qua paternitas distinguitur a suo fundamēto: & qui voluerit videre probationē scoti huius secundi membri habet eam scotus. ū. senten. distin. prima. q. vnica in responsione ad quęstionem.

¶Ex quo habetur, q qui dicunt illam relationem identificari cum suo fundamēto: cuius fundamentum non potest esse sine termino: non sunt locuti cōformiter ad scotū. Nā tunc vnio humanę nature ad verbum esset identificata nature assumptę: quod est contra scotum. Nō si dicatur sine termino taliter se habēti: minus valet: nam terminus taliter se habēs non est terminus relationis. vt patet ex dictis: sequeret q paternitas identificaretur cum patre vt patet. Illud inconuenies posset deduci. Nā sequeret q distinctio qua pater vt est pater distingueret a filio: vt est filius/identificaret cū pse.

¶Relationes quę identificātur cum suis fundamētis pertinēt ad idē genus cū suis fundamētis.

¶Relationes æquiparantię dicuntur quę sunt eiusdem denominationis ꝓpinquę: quare hoc dicā liquet: sicut equalitas similitudo. Et iquiparātię sunt quę sunt diuersārū denominationū vt paternitas & filiatio. Et harum vltima: alię sunt suppositionis quarum vnum extremum habet inferioritatē ad alterū: alię suppositionis quarum vnum extremum habet inferioritatem ad alterum. Exemplum ꝓmi: dominus pater seculi exemplum: filius seruus.

¶Relationum aliquę acquiruntur p motum & ad quas est per se motus vt relationes vbi: aliq̄ nou acquirunt nisi prędicta acquisitōe termini ad quas per accidens est motus.

¶Pro cōplemēto huiusmodi dicēdi scotī: notatur q ad aliquam relationem poni in hoc prędicamento/requiritur q sit realis: creata: nō transcedentalis/actualis/intrinsecus aduenies: realiter distincta a suo fundamento: veniq; sex cōditiones: omnes quas ponantur patet ex doctrina hic tacta: & alibi: vbi quęrebat quid requiritur ad aliquid poni in prędicamento. Hęc de opinione scotī.

¶Scām doctorem sanctum pauca afferemus de relationibus: quia nec ipse facit magnum ꝓcessum de eis. In prima tamen parte ponens differentiam inter relationes reales & rationis: & inter relatiōes quę sunt in deo & in creaturis: inquit in deo ꝓter eternas relationes/non esse ponendas alias reales. Rationis vero sic. Et quod potest colligi in prima parte. q. xxviij. ar. primo in solutione ad tertium est: q relatio creaturę ad deum est realis. & in eadem quęst. ar. ū. in corpore quęstionis: q relatio in creaturis est accidens inhęrēs subiecto: ex quo habet distinctio realis: & in solutione ad secundum habetur: q respectus realiter distinguitur ab absoluto in creaturis nō tamen in deo. Et sic habetur scām Tho. q in relationibꝰ realibus in creaturis/ponit distinctionē realem ab absolutis. Relationes autem rationis etiam ponit per actum intellectus. Constat in quo differt ab scoto & in quo conuenit.

¶Aureolus in primo sen. dicit nullā relationē esse secluſa opatione intellectꝰ: sed dicit si aliquid refertur ad aliud & dicit tale/respectu alterius: hoc esse per quandam habitudinem: quę non habet esse per naturam: sed habet esse ab anima: & est obiective in ea: & cōcedit nil esse formaliter relatiuum: cessante operatione intellectus: sed tantum fundamēraliter. Et fundamenta

Thomas

Aureo.

Grego. quę pro se adducit: soluit Grego. in primo senten.

¶Gregorius de arimino in primo sententiarum. xxviij. & xxvij. tenet esse relationes secluſa operatiōe intellectus & tenet omnē rem esse absolutam: et oēm rē esse respectiuam: & ponit triplicem acceptionem relationis: prima dicit idem est qđ relatiuum: secunda dicit est id quo aliquid est relatiuum: & hoc est complexe significabile. Tertia est id qđ aliquid est relatiuum/& est aliqđ ens reale: sicut albedo q̄ est causa similitudinis. Et ꝓ hāc secundam acceptionem saluat personas in diuinis realiter distinguimam non vult ponere aliquam entitatem in patre quę dicat paternitas quę non sit in filio: sed solam entitatem quę est oībus cōcabilis: qualis est essentia diuina ponit. Et si quęratur ꝓ quid igitur persone distinguuntur: dicit quod seipsis. ꝓPotest tamen concludi distinctio inter illas: per hęc complexa patrem genuisse filium: & filium genitum fuisse a patre: quę sunt medium cōcludendi distinctionem inter personas: & alij saluant ꝓ proprietates personales existētes in personis diuinis: nā quam per id quo vna persona ab altera distinguitur: hic saluat per hęc complexa: & hęc complexa dicit esse proprietates personales: & si alicubi proprietates personales incomplexe significantur: debent complexe intelligi. Et sic concedit q nil reale est medium concludendi distinctionem realem: inter diuinas personas subtiliter dictū est hoc sed scoti imaginatio grandis manuductio est ꝓ intelligenda productione ad intra: & personarū distinctione capienda.

¶Prętendit hic doctor posse fieri successiuā cōtraditoriorū verificationē sine ꝓductione vel ꝓditione alicuius entitatis absolute vel respectiue: et sine aliq̄ motu: & sine hoc q lapsus tęporis sit in causa. Quāuis nō possit talis trānitus fieri sine lapsu tęporis actuali vel imaginario: & adducit instantiā de spiritu sancto qui est gratia secundum modum dicendi magistri sen. scilicz q posset esse in aliquo: & postea non esse in illo quantum ad efficiendum illum gratum sine mutatione in spiritu sancto & in ipsa anima: & sine alia aliqua mutatiōe/& sine hoc q lapsus tęporis sit in causa/cū posset esse lapsus sine hoc q̄ spiritus sanctus illam animam relinqueret/igitur. Item de vnione animę ad corpus idem prętendit. Item de lumine q dependet a luminoso idem prętendit licz subtilis appareat hic modus instādi Grego. videtur satisfacere qđ Gabrieli. iij. sentē.

Gabri. ¶Pro solutione harū instantiarū Grego. Noto primo q lapsus temporis potest cōsiderari prout requiritur ad veritatē alicuiꝰ ꝓpōis/non tamen sufficit vt ad veritatem huiꝰ sortes cucurrit prima vie Januarij requiritur lapsus illi⁹ diei/licet nō sufficit. Secūdo potest considerari prout sufficit nō tamen requiritur/vt ad veritatē huius/tępus fuit sufficit diem hesternam prętereisse/non tamen requiritur. ¶Tertio considerari potest vt sufficit & requiritur/vt ad veritatem huius hęc dies fuit requiritur hanc diem pertrāisse/et etiam sufficit. Nullo istorum modorū lapsus temporis est causa successiuę veritatis cōtradictoriorū nisi per aliquod illorum extremorum tempus importetur. Aliquādo etiam lapsus temporis nec sufficit nec requiritur ad veritātem/vt patet de hac/sortes currit.

¶Vltra est notādū q aliquādo lapsus temporis vt inquit Gabriel in.iij. cadit sub statuto diuino vel humano/sicut si res statueret. a. monetā tantum valere vsq; ad certum tempus/& postea nihil valere: certum est q sub illo statuto lapsus temporis cadit. ꝓPariformiter dicatur q deus volens acceptare aliquem hominē post certū tępus/illud tempus cadit sub statuto/licet illius tęporis lapsus nō sit causa talis transitus/quia posset labi tale tempus vbi nō inciperet deus illum acceptare/& sic lapsus temporis nō est causa per se. i. necessaria quia requiritur actus voluntatis diuinę. Ista tamē cōsequentia bona est deus statuit post hoc tempus accetare hūc hominem/ergo lapso hoc tempore hęc erit vera deus acceptat hūc/et sic quodāmodo lapsus temporis cadens sub statuto dicitur causa verificatiōis/q̄uis nō per se in sensu tacto/q̄uis de per se simul cum voluntate diuina. Et cum Gabriel dicat illius successiuę verificatiōis lapsum temporis esse causam/cū cadat sub statuto/debet in bono sensu intelligi/scilicet q nisi voluntas diuina ordinaret post lapsum illum verū vel imaginarū acceptare illū hominē/hęc nō inciperet esse vera/deus acceptat hūc hominē. Et in hoc sensu respōdetur ad omes instātias Grego. dicēdo q illiꝰ verificatiōis successiuę/et illi⁹ trānitus in verificatione/mutatio aliqua debet esse causa/vel acquisitio alicuius entitatis absolute vel respectiue/vel saltim lapsus temporis cadēs sub statuto diuino/in bono sensu/& per hoc vltimū soluit instātia de spū sancto & de vnione & de luminis cōseruatione.

¶Occam vero in aliqb⁹ ponit relatiōes: in alijs vero nō/& ideo est bona inuestigatio/secundum hunc auctorem cum tātopere aboireat ab his respectibus multiplicandis/vnde est q aliquos respectus ponit & aliquos non. Occam,

¶Pro quo est notādū secundū eum: in primo in pluribus locis/q in diuinis sunt ponendę relationes reales ab essentia formaliter distincte/qualiter differentiatur distinctio formalis secundū Occam ex superioꝰ dictis cōstat/quia aliter cōsideratur q̄ secundū scotū. In creaturis rāmē ponit aliquos respectus realiter distinctos ab absolutis/& alios nō. Et ratio sua quā habet in ꝓmo dist. xxx. q. iij. & in ij. q. ij. hęc est. Quotlescunq; potest saluari transitus de cōtradictorio in cōtradictorium in veritate & falsitate/propter corruptionem vel productionē nouę rei/vel propter motum localem/vel propter aliter se habere partium/ vel propter lapsum temporis/tunc non opus est ponere quod acquiratur vel deperdatur aliqua relatio realiter distincta ab absolutis/sed quando aliquis incipit esse pater/vel similis/vel sedens/vel agens vel in loco/vel situatus/vel habituatus potest aduenire quęlibet talis noua denominatio per aliquod prędicamentorum/ergo non opus est multiplicare respectꝰ in omnibus nominatis & similibus.

¶Quando autē transitus non potest saluari per aliquod prędicatorum/quemadmodum in vnione humanę nature ad verbū: in vnione accidentis ad subiectū/in vnione alię ad corpꝰ in vnione partium continui. Nam est possibile q diuinā potentiā saltim/qđ vbi nulla fiat mutatio in aliquo extremorū vnitorum/nec lapsus temporis sit in causa/q fiat transitus in verificatione cōtradictoriorum/& ideo dicit in his quatuor vnionibus debere poni respectus distinctos ab absolutis. Ubi autem relatio realis non distinguitur ab absolutis/dicit relationem esse terminū collectiuum supponentē pro extremis taliter se habentibus vel pro altero connotando alterum.

¶Ad aliqd vero talia dicūt. &c. Accedendo ad textus explanationem/quę habet Aristo. in hoc capite hęc sunt. ꝓPrimo ponit diffinitionem de ly ad aliqd secundum antiquos/& postea quatuor communitates: deinde monet dubium: & tandem ponit diffinitionem de ly ad aliquid secundum propriam intentionem: cum vno correlario.

¶Proę diffinitiōis declaratiōe quæ ab antiquis fertur esse platonis/ est notanda quędam diuisio

sio: scilicet quod relatiuum est duplex: quoddam secundum dici ⁊ aliud secundum esse relatiuum: secundū dici: est quod refertur: vel habet habitudinem ad aliud: non tamen in sua intrinseca ratione importat relationem: vt scientia virtus ⁊ sensus quę non includunt intrinsice relationem: bene tamen referuntur ad aliud sub habitudine alicuius obliqui: ⁊ in hac acceptione non capitur ppie relatiuum. Relatiuum secundum esse: est quod essentialiter includit respectum ad aliud: ⁊ de principali significato importat relationem: vt pater filius: ⁊ in hac acceptione accipitur proprie relatiuum.

¶Hac diuisiõe ꝓmissa est aduertendū. qd prima diffinitio datur de relatiuis secundum dici: quę impropie sunt relatiua: ⁊ intelligitur sic secundum nominales: illa dicibilia sunt ad aliquid. i. relatiua (nam ly ad aliquid tantum valet illis: sicut relatiua) quęcumq; hoc ipsum esse quod sunt. i. secundum modum essentialem quem habent significandi aliorum dicuntur. i. referuntur ad aliud sub habitudine genitiui casus: vel quomodo libet aliter ad aliud. i. vel sub habitudine alicuius alterius casus: siue cum prepositione adiuncta: siue absolute ponatur obliquus: vt duplum ⁊ dimidium referuntur sub habitudine genitiui casus: ⁊ etiam pater filius. Maius ⁊ minus sub habitudine ablatiui: magnum ⁊ paruum sub habitudine accusatiui cum prepositiõe ⁊ ob hoc ponitur illa particula. s. vel cum prepositione. Simile cum datiuo.

¶Modus significandi horū dicibiliū est connotare: quod res pro qua supponunt aliqualiter se habeat in ordine ad se vel ad aliud.

¶Secundum reales est notādū, ꝙ relatio non refertur sed relatiuum per relationem refertur. Et sic clara est diffinitio secundum eos. Nam res ad extra referuntur per relationes: explicamus tamen illas diuersas habitudines per dicibilia ⁊ ꝑ diuersos obliquos. Occam.

¶Sūt autem et accubitꝰ, & statio, & sessio ⁊c. Hic locus sic est intelligendus secundum nominales: quod hęc dicibilia in abstracto principalius importāt relationem: cum dicant formaliter relationem. Et accubare ⁊ sedere: cum omnia importent materiale ⁊ formale solum denominatiue dicuntur a relationibus: sicut dicimus albedinem ⁊ nigredinem propie qualitates: album vero ⁊ nigrum qualia dicuntur. Secundum reales est dicendum quod statio ⁊ accubitus sunt relationes: accubare etiam sedere relatiua: licet non sint relationes pertinentes ad hoc predicamentum: cum sint extrinsece aduenientes.

¶Ineſt autē cōtrarietas in iſs q̄ ſunt ad aliquid ⁊c. Tam scõm reales ꝙ nominales intelligit de relatiuis secundum dici ⁊ pro fundamẽto intelligendo patet quia exemplificat de virtute ⁊ vitio quę sunt relatiua secundū dici scientia ⁊ ignorantia. Dicit tamen nõ de omnibus intelligi: quia de relatiuis secundum esse non intelligitur: sicut de duplo ⁊ dimidio.

¶Secūda cōmunitas, Videturaũ magis ⁊ minus ea q̄ ad aliqd sunt ⁊c. Hęc cōmunitas scõm nominales si intelligat secũde intẽtionaliter idē est: qõ aliq̄ dicibilia talis ꝓdicamẽti ꝓdicant cẽ ijs aduerbijs magis ⁊ minus: ⁊ prime intentionaliter/qõ res q̄ taliter referũtur possunt magis vel minus participare id quo referũtur non tñ opus est qõ intẽdatur vel remittant: vt patet de duabꝰ rebus q̄ possunt esse magis vel minꝰ cõles vel inequales nõ tñ possunt intendi vel remitti. Et hic secũdus sensus potest haberi secundum reales.

¶Notandū est tamē ꝑ pleniori huius cõmunitatis intelligentia quod si loquamur de equalitate secundum omnem dimensionem: equalitas non suscipit magis ⁊ minus: vt constat. Si vero sufficiat equalitas secundum vnam dimensionem vel duas: tunc bene suscipit magis ⁊ minus: ⁊ hoc claret. Similitudo tamē bene suscipit magis ⁊ minus fundamentaliter: ⁊ illud sufficit. Inequalitas vero ⁊ dissimilitudo suscipiunt magis ⁊ minus: sed non in eodem sensu liquet ex dictis. Non tamẽ hęc communitas conuenit omnibus relatiuis nã duplū non est magis duplum altero. Ratio est nã forma dupli cõsistit in indiuisibilibus nec pater suscipit magis ⁊ minus ⁊ sic de reliquis.

¶Omnia autē quę sunt ad aliquid ad cõuertentiã dicuntur ⁊c. Secundum nominales est aliqua lis controuersia in eo quod est dici ad conuertentiam: nã aliqui dicunt quod dici ad conuertentiam est ex propositione de est secundo adiacente: in qua subiicitur alterū correlatiuum: inferri propositionẽ in qua subiicit idẽ cũ obliquo sui correlatiui ⁊ econtra vt pater est: ergo filij pater est: filius est: ergo patris filius est: sed hoc non videt esse conforme materię nec exemplis Aristotelicis: nã hic non de modo arguendi: sed ꝓdicandi est sermo. Et ideo exemplificans ꝙ dominus ⁊ seruus dicũt ad conuertentiam dicit: vt dominus est seruidominus: ⁊ seruus est dominui seruus.

¶Ideo aliis placet, ꝙ dici ad conuertẽtiã est vnum relatiuum egere obliquo correlatiui in ꝓdicatione vera: ad hoc vt eius modus significandi relatiuus per predicationẽ percipiatur/et econtra/vt in hac predicatione pater est filij pater explicatur modus significandi illius termini pater/per illã ꝓdicationẽ verã/⁊ hoc vt pẽdẽtia sui correlatiui/etiam filij est patris filij/⁊ in hoc vltimo modo stãdũ cẽseo. Et sic hęc cõmunitas parũ differt a diffinicione de ly ad aliqd. Et quo sequit cõuertentiam non accipi hic pro conuersione/quia illa incomplexis tantum/hęc solis ꝓpositionibus tribuitur. Scõo sequitur/ꝙ cõuertentia nõ est conuertibilitas es q̄ reperitur inter subiectum ⁊ eius propriam passionem.

¶Ex hac cõmũitate infert Arist. duas cõclusiones. Prima est/ꝙ aliqñ explicatur hęc conuertentia per genitiuum/vt duplũ est dimidij/duplum/aliqñ per alium casum/vt maius est minore maius. ¶Secũda cõclusio est/ꝙ si alicui termino non fuerit bene assignatum correlatiuum/nõ opus est esse inter eos conuertentia/vt si huic termino alia assignet̃ alius ꝓ correlatiuo/mala est assignatio. Et ideo inter eos non est conuertentia/nã alia etiã est apta ⁊ vespertilionis/⁊ tñ nõ sunt aues. Etiã si ꝙs clauũ qui est remo vel nauis gubernaculũ/assignet ꝓ correlatiuo ad hũc terminum nauis/mala est assignatio/ cũ sint plures naues scilicet linthres'q̄ apud germanos et arboribus cauatis circa danubium fiũt. Etiã plures cymbę q̄ solo cõto ad littora admouent/q̄ nõ habent clauũ vel temonẽ. Etiã si ꝙs hoc vocabulum caput assignet correlatiuum ad hunc terminũ aial/mala est assignatio/cum multa sint aialia capite carẽtia sicut ostrea/conchilia/ et alia huiusmodi. Caput em̃ dicit partẽ corporis in qua omnes sensus vel saltim plures resident.

¶Aristꝰ. in hac, iij, cõitate ponit tria documẽta ad bene assignãdũ alicui relatiuo sui correlatiuũ.

¶Primũ est, ꝙ si correlatiua desint q̄ apte assignentur/tũc fingenda sunt nomina: vt apta cõueniẽt ꝙs fiat correlatiui assignatio.

¶Secundū documẽtum est pro effingendis correlatiuis quod talia sunt accipienda a vocabulis q̄ iã cõmuniter recipiunt̃ ⁊ postea ad instar eorũ alia sunt deducẽda ex ꝗbus duobus documentis habetur ꝙ cum huic termino alia/aius non bene assignetur pro cor-

relatiuo: assignabitur allatum ⁊ cum eo dicitur ad conuertentiam vt pater: etiam huic termino clauum assignabitur hoc vocabulum clauatum. Et huic termino remus, hoc vocabulum remitus. Et huic vocabulo caput capitatum assignabitur: et consimiliter in aliꝭs.

¶Tertium documentū ad videndū facta assignatione duorũ correlatiuorum: an assignatio fuerit bona est tale. Si assignatis duobus correlatiuis oĩbus aliꝭ dici bilibus q̄ vnt accidunt omissis relicto illo adhuc est conuertentia/bona erat assignatio: sin autem mala erat. Exemplum si quis assignet hęc dominus seruus quia si remoueamus ab illa re q̄ est dominus oĩa alia dicibilia. s. esse hominem/esse discipliabiles ⁊ bipedẽ ⁊c. relicto hoc quod est esse dominum: adhuc dicetur ad conuertentiam cum illo termino dominus: et ideo bona est assignatio. Defectu cuius alia ⁊ alia non dicebantur ad conuertentiam.

¶Secundū reales habitudo qua correlati ua referuntur: etiã apte potest explicari per terminos et per dicibilia: eo modo quo secũdũ nominales. Sed dici ad cõuertẽtiã nil aliud est quã relationi in vno extremo correspondere terminũ actu vel aptitudine: ⁊ hoc vt cõprehendamus omnia tria genera relatiuorum.

Videñ aũt ad aliqd simul esse natura &c. Hęc proprietas siue cõmunitas inquit Arist. non conuenit omnibus: sed aliquibus.

¶Secũdū nominales illa sunt simul natura secunde intẽtionaliter quę posita se ponant: ⁊ perempta se perimunt: vt pater ⁊ filius: quod est dicere secunde intẽtionaliter: ꝙ ex vnius affirmatione sequitur alterius affirmatio: et ex vnius negatione alterius negatio sequitur: ⁊ econtra. Ex hoc secundū nominales clare colligitur q̄ relatiua sunt simul natura: ⁊ quę nõ patet ex exẽplis q̄ Arist. adducit in littera. ꝑdime intẽtionaliter ꝙ existente altero relatiuo cum illa denominatione ⁊ reliquum debet esse.

¶Secūdū reales relatiua esse simul natura nil aliud est ꝙ relationi in vno extremo correspondere terminum actu: ⁊ qñ omnes relationes primi ⁊ secũdi generis sic se habent: ideo relatiua primi ⁊ secundi generis sunt simul nã omnia. Relatiua autẽ tertij generis non: ⁊ veniq; omnis relatio que nõ requirit terminum actu: sic se habet ꝙ id quod per illam refertur: non opus est vt sit simul natura cum suo correlatiuo.

¶Secūdū nominales notādū est, ꝙ aliqua sunt relatiua non ampliatiua: vt pater filius: ⁊ in ijs faciliter percipitur illa esse simul natura. Aliqua sunt relatiua ampliatiua: vt prius ⁊ posterius: et in his possumus dicere dupliciter. Primo qõ illa se ponãt ⁊ se interimunt seruatis ampliationibꝰ cõsimilibus: taliter ꝙ si transcendens subiiciatur: ⁊ illa predicentur vere se ponent: ⁊ vere se interiment. Exemplum huius secundi qz primum est facile: bene sequitur/aliquid est prius: ergo aliquid est posterius: nil est prius: ergo nil est posteriꝰ: patet aduertenti ad ampliationem illorũ terminorum. Circa illud exemplum quod adducit Aristo. scilicet ꝙ scientia ⁊ scibile nõ sunt simul natura: dicit quia aliquid est scibile cuius scientia nondum est inuenta: quia quadratura circuli scibilis est: eius scientia nondum inuenta est. Confirmat hoc: quia corrupto animali corrumpitur scientia: ⁊ tamen adhuc manent plura scibilia: igitur scientia ⁊ scibile non sunt simul natura.

Boetius. ¶Circa primũ exemplũ, quod est de quadratura circuli. Boetius inquit licet tempore Aristote. quadratura circuli non fuisset inuenta: bene tamen suo tempore: ⁊ hoc dicebat propter Archimedem syracusiũ illa tamen non probat. Nicolaus cusanus: ex eo ꝙ assumit vnum in quo iacet tota difficultas: ⁊ non probat. Et quoniam alibi ⁊ in proprio loco examinabimus Archimedis demonstrationem: nunc missam faciamus: quadrare circulum contingit duobus modis: vel quantum ad aream: vel quantum ad circumferentiam: ⁊ nil aliud est quã aream circuli: vel circumferentiam circuli: reperire equalem areę quadrati: vel circumferentię quadrati in hoc sensu. s. quod area areę: vel circũferentia circumferentię. Nam verumq; esse simul equale vtrique implicat: vt patet intelligẽti materiã figurarũ ꝓoperimetrarum.

¶Quidam cucullatus sibi soli persuasit quadraſſe circulũ in secundo modo: scilicet quantus ad circumferentiam: sed quia nimis sensualiter: ⁊ vt arunt sensualis processit: ⁊ non per principia mathematica verasideo nil noui nobis attulit: licet rem nouam mirabilem iactet se mundo intulisse.

¶Brisonis q̄dratura erat ꝑ inscriptionem circuli quadrati: ⁊ circũscriptione: de quibus Euclides vltimo elementorum: ⁊ argumẽtabatur sic: est reperire quadratum maius circulo ⁊c. ergo equale. Hic modus arguendi habet instantiam in angulis portionum circuli: ideo nõ valet. Arist. ij. ꝓtopolitorum. cap. de deductiõe: agit mẽtionem de quadratura circuli: quãũ ad areã proportiones lunares. Et est modꝰ demõstrandi Hipocratis cuius ⁊ facit mentionẽ de eadẽ demõstratione vel modo quadrandi Arist. primo physi, dicẽs: quadrationẽ eam quidem quę per partes extruitur ad geometram dissoluere spectat: ⁊ hoc est Hypocratis. Antiphontis autẽ non. ad geometram redarguere spectat inquit Aristote. Ratio horum quę habet Arist. hęc est. dicit non esse soluẽdas rationes Parmenidis ⁊ Melissi: quia negabant principia philosophię. Hipocrates inquit commentator bene probabat portiones lunares esse quadrandas: sed non concludebat circulum quadrari: quia portiones lunares non absoluunt totum circulum: vt patet intelligenti quid portio lunaris. Et ideo ratio Hipocratis bene soluitur: sed Antiphon in sua demonstratione pretendebat lineam non esse in infinitum diuisibilem: ⁊ quoniam hic negabat principiũ in geometria: ideo dicebat Aristo. non esse soluendam talem rationem: quia nimis alienam a consideratione talis scientię: ⁊ cõtra tales dicebat. iiij. metaphy. non esse disputãdum. sed de ijs copiosius cum peruenerimus ad philosophiam ⁊ mathematicarum speculationem.

¶Ex. ij. exẽplo. s. ꝙ corrupto animali corrũpitur scientia: sumãt aliqui ansaz ad dicẽdũ esse de mẽte Arist. aiam rationales esse corruptibilem: aliqui falsum diceret Arist. si esset anima rationalis superstes.

¶Paulus venetus eximius & approbatiſſimus in Arist. doctrina in libris de aĩa. ca. xxxvij. asseuerat esse ỗ mẽte Arist. vnicã esse aiam rationalẽ in omnibus hominibus: ⁊ videt̃ afferre sufficientia motiua secundũ Aristo. doctrinã: secũdũ quẽ facile esset dicere: ꝙ quãuis corrupto animali corrumpatur scientia huius animalis: non tamen corrumpitur anima rationalis: quia secundum hunc modum dicendi scientia huius hominis dependebat a phãtasmatibus huius hominis: quę euanescunt corrupto homine nõ tamẽ anima: quia semper fuit homo: ⁊ semper erit homo. Paulus venetus.

¶Et si huius difficultatis absolutio grandẽ requirat indaginẽ: ⁊ ad philosophiam spectet: quod nunc offertur facta inquisitione secũdũ doctrinã Arist. in libris philosophię naturalis ⁊ supra mũdanę philosophię, hoc est: ꝙ si teneamus scõm eũ in quolibet homine

esse aliam animam rationalem: tenendum est secundus cum esse corruptibilem: quod probo. Secundum eū, ℣. physi. homo generat hominem ꝛ sol: ted secundus eundem primo eqli ꝛ mundi generabile ꝛ corruptibile conuertuntur: sed anima rationalis generatur secundus diffinitionem generationis. Aristote. in. xi metaphysi. inquit capi. xi. mutatio igitur ex non subiecto in subiectus secundum contradictionem generatio est. Quę quidez simpliciter simplex quę vero cuiusdaz quędam. Ex quo clare habetur secundum Aristote. animam rationalem generari: ergo corruptibilem esse. Item generatur homo non secundum materiam vt liquet: ergo secundum formam. Nec valet dicere: ꝙ anima rationalis non educitur de potentia materię ad istum sensum: ꝙ non requirit dispositiones in materiam ad esse producta ꝛ conseruari: quia esset petere principium. Immo seclusa fide pretendo secundum considerationem pure physicam: ꝙ ratio quę conuincit ex ijs q̄ vt frequenter contingūt ad dicendum ꝙ forma bruti educitur de potentia materię: illa eadem ex ijs quę contingunt vt plurimum ꝛ frequenter circa hominis productionem conuincit ad dicendum secundum Aristo. animam rationalem educi de potentia materię. Nec oppositum huius habet expresse Aristo. in aliquo loco. Confirmatur in. ij. physi. et primo de ęlo summopere abhorret ab assignatione infinitū: sed si anima rationalis esset incorruptibilis cum ab ęterno fuerunt homines: et quilibet vixit per tempus finitum: et quilibet habuit distinctam animā: sequitur superstites esse infinitas animas: et sic infinitum in multitudine.

¶ Scio has non esse demōstrationes, contecto tamen in doctrina Aristote. difficulter posse solui: nisi textus Aristo. violentiam patiatur. In hiis satis sit hęc tetigisse: quę logicam considerationem transcēdunt cū etiam instituerimus pertinentia pertinenter considerare. Quod si aliquis adducat contra hoc librum de pomo ꝛ morte Aristo. vbi sentit clare oppositū huius determinari: dico illū non esse Arist. vt patet cuilibet volēti bene considerari illum processum non Arist.

Ricar. ¶ Multas rationes & auctoritates adducit Ricardus in. ij. pro parte opposita. Qui voluerit videre illarum solutiones: secundum modum quē insequimur videat Scotum in quarto: distinctione quadragesima tertia: quęstione secunda.

Faber. ¶ Faber videtur tāgere ꝙ & si teneamus animā incorruptibilez: adhuc bene procedunt illę Aristotelicę deductiones: sed salus reuerētia tanti viri: licet quod Aristo. prętendit de scibili ꝛ scientia alia via possit concludi: si tamen illa via quam Aristo. assumit debet concludi: operępretium est illam consequentiaz esse bonam: corrumpitur animal: ergo scientia corrūpitur quę non est bona: si teneat animam incorruptibilem: vt est quam perspicuum.

¶ Dubitatio quā mouet philosophus est, stando in diffinitione ad aliquid assignata. Struz aliqua substantia dicā ad aliquid. Respondet Aristo. ꝙ licet primę substantię: vt sortes Plato ꝛ similes non dicanē ad aliquid: ꝛ plurimę secundę etiam non dicanē vt homo bos: aliquę tamen dicunē: vt manus est alicuius manus: ꝛ caput etiā est alicuius caput: ꝛ sic stādo in diffinitione data: nō pōt euitari quin substātia dicā ad aliq̄d.

¶ Sed quoniā prædicamenta debent esse impermixta: ꝛ hactenus visus est loq ad modum Platonis vl antiquorū aliorū: assignat propriā diffinitionez q̄ solis relatiuis competit: quę talis est.

¶ Ad aliquid sūt quibus hoc ipsū est esse ad aliquid quodāmodo se habere. In primo loco ly ad aliquid tm̄ valet sicut relativa: ꝛ sic non ingredit suam diffinitionem: quia in. ij. loco ad aliq̄d cōplexe cōsiderā ꝛ in primo incōplexe. Et hęc diffinitio debet explicari sicut superius explicuimus diffinitionem relationum: secundum esse scilicet quorum essentialis modus significandi est ad aliud referri: secunduz vtramꝙ viam nominalium ꝛ realium intelligendo: vt debet intelligi.

¶ Ex hac diffinitione vltima clare cōstat, nullā substantiā esse ad aliquid: nec etiam relativa scōm dici tantum sunt ad aliquid scōm istam diffinitionē.

¶ Correlarium quod ex hac diffinitione infertur tale est: si quis diffinite cognouerit. ꝛc.

¶ Secundum reales clara est intelligētia, ꝙ non potest haberi distincta cognitio vnius vt sic: quin alterum etiam distincte cognoscatur. Nam quemadmodum se habent ad esse: sic ad distincte cognosci.

¶ Secundum tamē nominales est aliqualis cōtrouersia. Aliq̄ existimāt ly deffinite: in sinuare nobis diffinitionē. sic ꝙ nō potest haberi diffinitio vnius quin alterius habeatur diffinitio: adducētes illud Porphyrii: necesse est in vtro: umꝙ rationibus vtriꝙ vn: et ne petant principiū: vel ne incidant in circulationem: dicunt hoc debere sic intelligi: ꝙ in diffinitione vnius debet poni fundamentum eius cum fundamento sui correlativi: loquēdo de fundamēto relativi ad modum nominalium: vt pater sic diffinitur: est substantia quę genuit substantiam quę est: ꝛ filius est substantia genita a substantia quę est: substantia quę est: est fundamentum vtrobiq̄. Quod si quis dicat ignez generantem ignem debere dici patrē: poteris sic diffinire: est substantia quę generat animal quod est. Quod si dicas causas per putrefactionem generantes aliquod animal: sicut calor ꝛ terra debere dici pater: diffinies sic: est animal generās animal qō est. Si replices cōtra hoc: quia tunc pater in diuinis non esset pater. Dicendū est: ꝙ cum generatio in diuinis nō sit vniuoca cū animalibus generatione: ideo non mirū ꝙ non cōperat patri in diuinis hęc diffinitio. Sed poterit hęc assignari pater in diuinis est substantia/quę generat substantiam sibi consubstantialem: ab ea realiter distinctam: per intellectū tanꝙ per principiū quo. Filius est substantia quę generatur a substantia quę est sibi consubstantialis/distincta tamē realiter per intellectū tanꝙ per principiū quo. Per hoc vltimū hęc diffinitio non cōpetit spiritui sancto: quāuis hic modus explicādi Arist. in hoc correlario sit verus ꝛ a peritissimis inter nominales recipiat. Respiciēti tñ textus Aristotelici conexuram/alter modus quē alij nominales assignant: magis placet/ꝙ per illam particulaz diffinite intelligamus determinate determinatione certitudinis prout opponitur suspitioni vl presumptioni. Et hic modus determinatus cum his oppositis/trāgitur ab Arist. in textu cum dicit. Si quis determinate scit hoc esse duplum/ꝛ scienter ꝛ exacte: precium operę est: vt etiam distincte nouerit cuius dimidiū est duplum: ꝛ consimiliter dicitur de maioze respectu minoris. Alias inquit si non determinate: sed aliter/iam hęc est suspitio vel presumptio inquit Arist. ꝛ non exacta cognitio.

¶ Et ex hoc clare ostendit: ꝙ cum manus possit determinate cognosci/sine hoc ꝙ deprehendatur cuius est manus: nō dicitur prozie relativū: secundum hanc vltimam diffinitionem. Addit Aristoteles in calce huius capituli: ꝙ determinare de singulari non est inutile. Ratio huius est: quia particularium inquisitio est causa quare propositiones scientiales in nobis habeantur. Sed in proposito ex eo dixit Aristoteles: quia videtur quod sicut difficultatum est: an substantia dicā ad

aliquid videtur quod possit difficultari merito de aliis octo prędicamentis: et sic apparet veritas: quia omnia entia mundi videntur pertinere ad ad aliquid. Ideo doctor Ciruelus in coordinatione huius prędicamenti processit per singula prędicamenta/ꝛ dicit non iniuria hoc potuisse locari decimum pro quanto videtur omnia alia complecti.

Ciru e.

¶ Pro complemento huius capitis quædam dubia mouentur.

¶ Primum dubium, vtrum relatio quæ est generalissimum huius prędicamenti sit realis vel rationis: scōm reales respondetur qō non est rationis: qz sołę relationes reales hic ponuntur: quod si dicas cum sit propzie relatio realis: ergo alia debet correspondere in termino: alias ista nō esset relatio realis propzie dicta ꝛ sic erunt duo generalissima. Ad hoc respōdetur quod illa cum sit generalissimum non refertur: sed est principium referendi ꝛ participatur ab aliis in suo esse quidditativo. Et si queras quid refertur: dicitur quod ipsa ad se ꝛ si inferas: ergo non est realis: sed rationis: ad hoc respondetur quod si esset principium referendi aliquid idem numero ad se ipsum esset rationis: sed modo nō refertur nisi aliquid idem genere ad se ipsum: ꝛ talis bene potest esse realis. Et si dicas: illa est vna numero: distinguo: vel vt opponitur vni genere vel specie: et sic falsum est: vel vnum numero: quod est principium numeri: ꝛ sic nō est inconueniens.

¶ Secundum, dubium, vtrum potest sine contradictione esse fundamentum ꝛ terminus sine relatione aliqua insurgēte: supposito ꝙ illa quę debet insurgere: esset intrinsecus aduenies.

¶ Ad hoc respondetur secundum Scotū, vt patet ex diffinitione relationis intrinsecus aduenientis: ꝙ necessario reperitur in fundamēto posito termino quod si necessario: ergo non potest non consurgere posito fundamento ꝛ termino. Videtur tamen mihi dicendum quod cum secundum Scotū: omne prius sine contradictione potest esse sine suo posteriori: qō super naturaliter: sine contradictione potest esse fundamentum et terminus sine hac relatione consurgente. Qō si arguas iam paternitas esset relatio extrinsecus aduenies: quia stat fundamentum ꝛ terminum esse sine hac paternitate. Posses dicere quod cum non possit esse sine hac: vel altera eiusdē rationis: ideo est intrinsecus aduenies: secus de distantia. Quod si replices volo quod sic coexumpatur hęc cū filiatione: quod maneant terminus ꝛ fundamentum. Ad hoc dicitur: qō vel non est admittēdus casus vel faciliter potest responderi ex dictis alibi.

¶ Hoc idē tenet Paulus venetus in sua metaphysi. ca. xxiij. in solutione ad quartum argumentum vbi concedit posse manere sortem et platonem corrupta paternitate in sorte: et filiatione in platone: supposito quod sortes fuerit pater Platonis: et dicit postea sortem non denominari patrem Platonis. Ex quo sequitur Antonium Coronel immerito dixisse in principio suorum prędicabilium Paulum deliraſſe: nā Paulus non dicit relationem posse manere sine fundamento ꝛ termino/sed econtra: vt patet respicienti totam materiam relationum Pauli/et venię totam metaphysicam: quod si illud dixisset fateor fuisse deliramentum: cum posteriora quę essentialiter dependent ab aliquo priori: non possunt esse sine contradictione sine suo priori: modo autem tale non habetur: ideo falso sibi imponitur.

¶ Tertium dubium, vtrum de ratione relationis sit: ꝙ habeat esse successiuum: vbi fundamentū sit res permanens ꝛ etiam terminus.

¶ Quidam respondet, ꝙ vbi fundamētū ꝛ terminus sunt res successiue: non inconuenit quod relatio sit ens successiuum. Et concedit illud de distinctione: qua duo motus distinguuntur: et dicit illius partes continuari: per relata esse. Sed maior esset difficultas de distinctione qua duę orationes vocales distinguuntur secundum reales: qui ponunt esse orationem vocalē ens successiuum discretum: vt diximus in prędicamento quantitatis.

¶ Ad dubium secūdum Scotum in quolibet. xj. respondeo: ꝙ dato ꝙ fundamentum ꝛ terminus sint res permanentes: potest relatio esse successiua: patet de vbicatione passiua: quę successiue acquiritur ꝛ deperditur/pro quanto motus sit successiue/per quem acquiritur talis vbicatio.

¶ Quartum dubium: vtrum fundamentum ꝛ terminus debeat esse prius quam relatio: respondetur in relationibus realibus sic ꝛ in relationibus rationis non opus est: cum habeat simul esse cū relatione.

¶ Quintum dubium, vtrum dici ad conuertentiam: ꝛ esse simul natura sint idem. Respōdetur secundum reales ꝙ non. Nam relativa tertij generis: vt explicamus dicuntur ad conuertentiam: non tamen sunt simul natura.

¶ Secundū tamen nominales, etiam non sunt idem/patet ex dictis. Si dici ad conuertentiam nō dicat consequentiaz sed prędicationem. Sed posset quęri/cum hic terminus pater habeat pro correlativo hunc terminum filius / sequitur etiam hunc terminum hic pater: habere pro correlativo hunc terminum hic filius: consequens est manifeste falsum: ergo videtur ꝙ nec primo assumpti sunt simul natura. Ad hoc respondetur secundum nominales: ꝙ si connotatio illius termini hic pater sit singularis: scilicet importando hunc filium/et ille terminus hic filius connotet patrem demonstratum/tunc bene sunt simul natura/sed si connotatio illius termini hic pater sit communis/nō oportet.

¶ Secundum Thomam qui nō multiplicat rationes terminis multiplicatis: etiam nō sunt simul natura.

¶ Secundum tamen Scotum, qui ad multiplicationem terminorum ponit relationes multiplicari: vt patet ex quolibet. ꝛ ex. iiij. ꝛ alibi. dicitur ꝙ si hic pater dicat relationem: quę ad hunc filium demonstratum refertur: tunc bene erunt simul natura: alioqui nō: vt liquet.

¶ Sextum dubium de æqualite & similitudine: an sint extrinsecus an intrinsecus aduenientes dicitur: ꝙ si fundentur in essentia qualitatis ꝛ quantitatis secundum Scotum sunt intrinsecus: quia illę tenet in rarefactione et condensatione contra Sodōfredum de fontibus in. iiij. non acquirit nouam quantitatem: si autem loquamur de eis quatenus fundantur in intensione vel figura secundum Scotum: sunt aduenientes extrinsecus.

¶ Septimum dubium an redeūte eodem termino ꝛ eodem fundamento redeat eadem relatio: secundum Scotum in. iiij. materia de resurrectione cōceditur ꝙ sic: secundā quem etiā concedendum est ꝙ si ponantur relationes ēternitatis ꝛ futuritionis. sunt rōnis relatiōes: p3 ex eo qō h3 Scotꝰ in. iiij. i materia de pnia.

Contra hoc tamen est argumentum: sequeretur q̄ naturaliter corruptum posset redire: patet distantia q̄ est inter sortem t pilare: si sortes fiat propinquior: corrumpetur: Et tamen potest redire naturaliter idem fundamētum t terminus: saltim sine miraculo vt constat. Solutionem ex dictis facilter habere potes.

¶ Octauū dubiū vtrum in relationibus sit procedendum in infinitum secundum Scotum. Respondet Scotus in. iiij. dist. vj. q. x. q̄ in relationib⁹ realibus non: in relationibus rationis ilc. De relationibus realibus quomodo habeat verū hoc in predicabilibus fuit apertus: debet haberi t obseruari pro regula in via Scoti: q̄ nulla relatio potest fundare alteram relationē realem eiusdem denominationis cuj ea: t hoc est quod communiter dicitur secundum Scotistas: vbi est q̄ et quo: standum est in quo.

¶ An relatio intendatur & remittatur: respondetur q̄ non qualiter intelligatur quod relatio suscipit magis t minus: iam declaratum est: quare potius fundatur relatio paternitatis in sorte q̄ in Platone dicitur quod propter actuj qui preterijt: t propter relationem preteritionis quam acquisiuit: t hoc est conforme Scoto: qui dicit has relationes fundari super actionej q̄ requirit̄ p̄cessisse: hęc de predicamēto relationis.

¶ Sequitur textus.

¶ De qualitate. Cap. viii.

QVALITATEM vero dico, secūdum quā ql̄es quidem esse dicuntur. ¶ Est autē qualitas, eorum quæ multipliciter dicunt̄ Et vna quidē species qualitatis, habitus et dispositio dicantur. ¶ Differt autē habit⁹ a dispositiōe, q̄ pmanētior & diuturnior est. Tales vero sunt scientiæ & virtutes. Scientia enī videtur esse permanētiū, & eorū q̄ difficile moueant̄. Si qs vel mediocriter sumat sciētiā, nisi grādis permutatio facta sit, vl̄ ab ægritudine, vl̄ ab aliquo huiusmodi. Similr aūt & virtus, vt iustitia & castitas: & singula talium, nō vident̄ posse moueri: neq̄ facile pmutari. Dispositiones vero dicuntur [illegible]nt facile mobiles, & cito pmutabiles, vt calor, frigiditas, & ægritudo, & sanitas, & q̄cūq̄ alia huiusmodi: afficit̄ enī quodāmō secūdū eas homo, cito autē pmutatur, & ex calido frigidus fit. & ex sanitate in ęgritudinē tranſit. Similiter aūt & in alijs, nisi forte quæ earū cōtingit per tēporis longitudinē in naturā cuiusq̄ trāsferri, & imobilis vl̄ difficile mobilis existēs quā iā qlibet habitum vocet. Manifestum est autē qm̄ hęc volunt habitus dicere, q̄ sunt diuturniora vl̄ difficile mobilia, Nāq̄ in disciplinis nō multum retinētes, sed facile mobiles nō dicunt̄ habitum habere, q̄uis sint ad disciplinā petius, melio⁹ ve dispositi. q̄re differt habitus a dispositiōe, q̄hic qdē facile mobilis sit, ille vero diuturnior & difficilius mobilis. ¶ Sunt autē habitus & dispositiōes, dispositiones vero nō necesse est habit⁹ esse q̄ em̄ retinēt habitum, et quodāmō dispositi sunt ad ea q̄ habēt vl̄ petius vl̄ melius, q̄ autē dispositi sunt: nō omnino retinēt habitū. ¶ Aliud vero genus q̄litatis est scdm quod pugillatores vel cursores, vel salubres, vel insalubres dicimus, & simpl̄r q̄cunq̄ scdm potētiā naturalē vel impotētiā dicunt̄. Non em̄ quoniam sunt dispositi aliquo modo, vnumquodq̄ huiusmodi dicit̄: sed q̄ habēt naturalē potentiā, vel impotētiā facile quidē facere, vel nihil pati, vt pugillatores vel cursores dicunt̄, nō q̄ sint dispositi aliquo modo, sed q̄ habeant potētiā naturalē hoc facile faciēdi, Salubres vero dicuntur, eo quod habeāt potentiā naturalē, vt nihil a quibuslibet accidētibus facile patiāt̄, insalubres vero q̄ impotētiā habeāt naturalē nihil facile ab accidētibus patiē di. Simil̄r his durum et molle se habēt: durum em̄ dicit̄ q̄ habeat potentiā nō facile secari: molle vero q̄ eiusdē ipsius habeat impotentiā. ¶ Tertia vero species q̄litatis est, passibiles q̄litates & passiōes. Sunt aūt hm̄oi, vt dulcedo & amaritudo, et austeritas, & oīa his cognata. Amplius, & calor & frigus, et albedo et nigredo. Et qm̄ igit̄ hæ q̄litates sunt, manifestum est. q̄cunq̄ em̄ has susceperint, qualia dicunt̄ scdm ipsas, vt mel qm̄ dulcedinē susc̄ipit, dicitur dulce, & corpus album, quoniam albedinē susc̄ipit. Similiter autem & in cæteris. Passibiles vero qualitates dicuntur, nō q̄ ea q̄ illas susceperint qualitates, aliq̄d patiātur (neq̄ enim mel qm̄ aliquid passum

sit: dicit̄ dulce, neq̄ aliq̄d aliud huiusmodi) simil̄r autē his, & calor & frigus passibiles qualitates dicūtur, non (q̄ ea q̄ illas susc̄ipiūt aliquid passa sint) sed qm̄ secundū sensus vnaquęq̄ dictarū qualitatū passionū effectiua est, passibiles qualitates dicunt̄. Dulcedo enim passionē quādam secundū gustum efficit, & calor secundū tactū, similiter autē & aliæ. Albedo autē & nigredo & cæteri colores nō eodē ijs quæ dicta sunt passibiles q̄litates dicūt̄, sed eo q̄ ipsę ab aliqua passione innascunt̄, qm̄ enim fiunt propter aliquā passionē multæ colorū mutationes, manifestū est, erubescens enī aliquis, rube⁹ factus est, & timēs pallidus, vnūquodq̄ talium, quare etiā si qs natura aliquid talium accidentiū perturbationū ve passus est similem colorē verisimile est eū habere. Quę enim affectio nūc in eo q̄ verecūdet̄ circa corp⁹ facta est, etiā secūdum naturalē cōstitutionē eadem fiet affectio, vt & naturalis color similis sit: q̄cūq̄ igit̄ talium accidentiū ab aliqbus passioniб⁹ principiū sumpserūt, passibiles qualitates dicūtur, siue enim secundū naturalē constitutionē, pallor fit aut nigredo: q̄litates dicunt̄ (quales enī scdm eas dicimur) siue ppter ægritudinē longā, vel ppter ęstum aut aliq̄d tale cōtingit vel nigredo, vel pallor & non facile prætereūt, vel etiā in vita pmanēt, & passibiles qualitates istæ dicūt̄ similiter enim quales secūdū eas dicimur. Quæcūq̄ vero ex ijs quę facile soluūt̄, & cito trāseuntes fiunt, passiōes dicūtur, qualitates vero minime. Nō enim aliq̄ secūdū ipsas dicūtur quales neq̄ enim qui ppter verecūdiam rube⁹ factus est, rubeus dicit̄ Neq̄ cui pallor ppter timorē venit, pallidus est, sed magis eo q̄ aliq̄d pass⁹ est, quare passiōes quidē huiusmodi dicūtur, qualitates vero minime. Similiter aūt his: & secundū animā passibiles q̄litates & passiones dicunt̄, quæcūq̄ enim mox inascendo ab aliqbus passionib⁹ difficulť mobilib⁹ fiunt q̄litates dicūtur & ipsę: vt amentia, mētis alienatio, & ira, & alia hm̄oi qua

les enim scdm eas dicūtur, id est iracundi atq̄ amētes. Similiter autē & quæcūq̄ aliæ nationes nō naturales, sed quæ ab aliquib⁹ aliјs accidētib⁹ facte sunt difficile prætereūtes, & oīno imobiles, qualitates sunt etiā huiusmodi. quales enim & scdm eas dicūt̄. Quæcūq̄ vero ab ijs quæ facile & cito prętereūt: fiunt: passiōes dicūtur: vt si quis cōtristat⁹ iracūdior fiat, nō enim dicit̄ iracūdus qui huiusmodi passiōe iracūdior est, sed magis qa aliq̄d passus: quare passiones quidē huiusmodi dicūtur, qualitates vero minime. ¶ Quartū vero genus q̄litatis est figura, & circa vnūquodq̄ cōstans forma, āplius autē ad hęc rectitudo, & curuitas, & si qd aliud his simile est, secūdum enim vnūquodq̄ eorū qualeqd dicitur, triāgulū enim vel quadrāgulū esse qualequid dicit̄, & rectū aut curuū, & secundū etiam formā vnumquodq̄ quale dicitur. ¶ Rarū vero & spissum & asperū & leue, putabūtur quidē qualequid signifi care, sed aliena huiusmodi putāt̄ esse a diuisiōe quæ circa qualitatē est quādā enim positionē magis videt̄ partiū vtrūq̄ mōstrare, spissum enim dicit̄, eo q̄ partes sibi ipsis ppinquę sint: rarū vero, eo q̄ distēt a se inuicem, & leue quidē q̄ in rectitudinē aliquo modo partes iaceāt. asperū vero q̄ hic quidē supet, illa vero sit inferior, & fortasse ali⁹ quicūq̄ modus apparuerit q̄litatis, sed fere q maxime dicūt̄ hi sunt. Qualitates, itaq̄ sunt, q̄ dictę sūt. ¶ Qualia vero sunt, quæ secūdū has denominatiue dicūt̄, vel quomodolibet aliter ab his. ¶ In plurimis siqdem & fere in oīibus denominatiue dicūtur. vt a cādore cāndidus: & a grāmatica grāmaticus, & a iustīcia iustus, similit & in alijs. In aliqbus vero eo q̄ nō sunt posita q̄litati nomina, nō cōtingit ea qūæ dicūtur, ab ijs denominatiue dici, vt cursor aut pugillator qui secūdū naturalē dicit̄ potētiā, a nulla qualitate denominatiue dicit̄. Nō enī posita sunt nomina potētijs secūdum quas isti quales dicūtur, sicuti disciplinis, scdm quas pugiles vel palestrici scdm dispositionem dicūtur. Pu-

Diffinitio qualis.

gillatoria enī & palęstrica disciplina dicit
q̄les vero ab his denominatiue dicūtur: q
disponūtur. Aliquādo autē & posito no-
mine nō dicit denominatiue, quod secun
dum eā quale dicit: vt a virtute studiosus,
eo enim q̄ virtutē habeat studiosus dicit:
sed nō denominatiue a virtute. Nō autē in
pluribus, hoc tale est. ¶ Qualia ergo dicūt,
Cōmu. 1. quę denominatiue a dictis q̄litatib⁹ dicū-
tur: aut aliquo modo aliter ab eis. ¶ Inest
autē & cōtrarietas scd̄m qualitatē, vt iustitię
iusticia cōtraria est, & albedo nigredini,
& alia. Similit autē & ea quæ scd̄m eas qua
lia dicūtur, vt iniustū iusto: & albū nigro.
Non in oīibus autē hoc est, rubro enim
& pallido: aut huiusmodi colorib⁹ nihil ē
Regu. cōtrariū earū quę q̄litates sunt. ¶ Ampli⁹.
Si contrariū alterū fuerit q̄litas: & reliquū
erit q̄litas, Hoc palā est ꝓponēti ex singu
lis alia prædicamēta: nam si est iustitia in
iusticię cōstrariū, qualitas autē est iustitia:
q̄litas igitur & iniustitia. Nullū enim alio-
rum prædicamentorū aptabit iniusticiæ,
neq̄ quātitas, neq̄ ad aliq̄d, neq̄ vbi: nec
omnino aliq̄d huiusmodi nisi q̄le. Sic aūt
& in alijs quæ scd̄m quale sunt contraria.
Cōmu. 2. ¶ Suscipiūt autē qualia magis & min⁹, Al
bum enī magis & min⁹ albū altero albo
dicit: & iustū alterū altero magis vel min⁹.
Sed & ipsa crementū suscipiūt. Cum cādi
dum nāq̄ sit: cōtingit ampli⁹ candidum
Dubi. 1. fieri. Non tamē oīa, sed plura. ¶ Iustitia
nāq̄ si dicat magis & min⁹ iustitia, potest
quilibet ambigere, similiter aūt & in alijs
dispositionib⁹: quidā enim dibitant de ta-
lib⁹. Iustitiā namq̄ iustitia nō multū aiūt
magis & min⁹ dici: nec sanitatē sanitate.
Min⁹ aūt habere alterū altero sāitatē aiūt:
& iustitiā alterū min⁹ altero habere dicit,
sic autem & grāmaticā, & alias dispositio-
nes. Sed tamē ea quę secundū eas dicūtur:
indubitāter recipiūt magis & min⁹, grā-
maticior enim alter altero dicit, & iustior,
& sanior: sic autē & in alijs. Triangulū ve-
ro & quadragulū nō videtur magis & mi
nus suscipere: neq̄ aliqua aliarū figurarū.
Quæ enim diffinitionē trianguli recipiūt
& circuli, oīa similiter triāguli vel circuli
sunt, eorū autē quę nō recipiūt rationem
ipsam, nihil magis alterū altero dicet. Ni-
hil enim q̄dratū magis q̄ parte altera lon
gius, circulus est. Neq̄ alterū enī, recipit
circuli rationē. Simplicit aūt si vtraq̄ non
recipiūt ꝓpositi rationē, non dicet alterū
altero magis. Non ergo oīa qualia reci-
piūt magis & minus. Horū itaq̄ quæ p̄di
cta sunt: nihil est ꝓprium qualitatis. ¶ Si Cōmu. 3.
milia vero & dissimilia scd̄m solas dicunt
qualitates. Simile enim & dissimile alterū
alteri non est secundū aliud, nisi secūdum
id quod quale est. Quare ꝓpriū est quali-
tatis scd̄m eā simile vel dissimile dici. ¶ At Dubium.
vero nō decet cōturbari, ne quis nos dicat
de qualitate ꝓpositionē facientes: multa eo-
rū quæ sunt ad aliq̄d interposuisse, habit⁹
enim & dispositiōes eorum (quæ ad aliq̄d
sunt) esse dicebamus. Pene enim in oībus
talibus genera ad aliq̄d dicunt, nihil autē
eorū quæ sunt singularia, nam cū disciplī
na genus sit id ipsum qd̄ est alterius dicit,
alicui⁹ enim disciplina dicit: eorū vero q̄
singularia sunt, nihil ipsum qd̄ est alterius
dicit, vt grāmatica, non dicit alterius grā-
matica, nec musica alicui⁹ alteri⁹ musica.
Sed forte scd̄m genus & hę aliq̄d dicunt:
vt grāmatica alicuius dicit disciplina: nō
alicui⁹ grāmatica, & musica alicuius disci
plina, nō alicuius musica, qua ꝓpter q̄ sin-
gularia quidē sunt: nō sunt ad aliq̄d, dici-
mur autem quales scd̄m singula hæc enim
& habemꝰ, sciētes enim dicimur, eo q̄ ha-
bemus singularū sciētiarū aliquas. quare
hęc erūt etiā q̄litates quæ singulares sunt,
scd̄m quas aliquando & quales dicimur:
hæc autē nō sunt eorū quæ sunt ad aliq̄d.
Amplius. Si cōtingit idē ipsum & quale &
ad aliq̄d esse, nihil est incōueniēs in vtrisq̄
hoc generibus enumerare.

¶ In hoc p̄dicamēto Arist. ponit descri-
ptionē qualitatis/species quatuor/in prima specie differentiae duas/in. iiij. specie vnicum dubium/ponit differentiam qualium/communitates tres. In prima communitate vnicam regulam. In secunda communitate vnicum dubium. In tertia etiam dubium vnum.

¶ Quemadmodū Arist. hoc prędicamē

to duo generalissima expressit: vnum pro concretis: & al-
terum pro abstractis: sic in quolibet prędicamentorum
accidentium potest percipi. Et quod potius id explicue-
rit in hoc prędicamento: ex eo apparet coniectandum:
quia clarius percipitur discrimen inter qualia & qua-
litates in hoc prędicamento: q̄ inter concreta & abstra
cta aliorum prędicamentorum: vt patet.

¶ Diffinitio q̄litatis sic ītelligit, qualitas
est secundū quam dicimur quales vel aliq̄d dicitur qua-
le: vel aliquid est aptum natum dici quale: secūdum no-
minales modus significādi dicibilium abstractorum est
importare dispositionē qualēcunq̄: cōcretorū vero est cō
notare dispositionē per aliquod abstractum importatū.

¶ Posset difficultari quæ res sit, q̄litas per
quam dicimur quales.

¶ Scd̄m aliquos nominales quęlibet res
mundi dicitur esse qualitas: quia ab omni re potest fu-
mi denominatio: quia appellamus aliquid diuinum: an-
gelicum, humanum, lapideum &c. sed sic qualitas pot⁹
est transcendens quā generalissimum. Alij dicunt q̄ qua
litas est aliquid distinctum ab eo quod realiter denō
minatur. Sed hoc non placet, quia non conuenit secun-
dę speciei et quartę speciei secūdum nominales: ideo vi-
detur dicendum q̄ qualitas prędicamentaliter accepta
est aliqua forma realiter distincta a re quę denomīatur:
vel aliqua dispositio quę est in ipso quod denominatur
principium agendi vel patiendi: vel est partiū dispositio.
Et ossie quod de per se & propzie est concretū repo-
nendum in hoc prędicamento connotat istō modo quali
tatem: reliqua ve per accidens ponuntur.

¶ Reales vero dicunt omnē qualitatē quę
per se ponitur in hoc prędicamento: realiter distingui
a re quę per illam denominatur.

¶ Secundū Scotū, hæc quę cōmuniter ap
pellatur species qualitatis: dicitur non esse qualita-
tes: sed dicuntur modi circa qualitatem: vt habitus di-
cit quendam modum circa qualitatem: & dispositio alia:
& dicitur secundum hunc modum voluisse. Arist. explī-
care diuersitatē inter qualitates per hos diuersos mo-
dos qui nobis poterunt innotescere.

¶ Cōmunior tamē schola oppositū sētit:
cum Arist. eas species appellet: cum sint genera subal-
terna: vedit tamen illas species per complexa: quia forte
non erat incomplexum sic potens explicare illos binos
diuersos modos significandi.

¶ Aliqui tamē pro p̄ma specie, dicūt hūc
terminū dispositio posse accipi: qui terminus sub se con-
tineat habitus et dispositionem: pro vt inter se opponū-
tur habitus et dispositio: & pro secunda hunc terminum
potentia: & pro tertia hunc terminum passio: & pro quar-
ta hunc terminum figura: quod licet sit vere & logice dī-
ctum: loquimur tamen vt plures: vt nos docet Arist. ij.
topicorum loquendum esse cum pluribus: sentiendum
vero cum paucis.

¶ Prima igit species, est habit⁹ & dispositio: quid aūt sit habitus iam visum fuit in quarta q̄stio-
ne, phȝmiali: & multa cōcernētia de habitib⁹ materiam.
Hoc vocabulū dispositio accipitur equiuoce. Primo, p
omni qualitate qua aliquis bene vel male disponitur: si-
ne sit facilter/sine difficulter separabilis: & hoc modo
comprehendit sub se habitū et dispositionē: & sic accipit
in tertia: quādo dicit omnem habitū esse dispositionem:
nō tñ econtra. Secundo modo accipit ꝓ qualitate faci
liter separabili a subiecto: ex qua potest causari habitus
et in hac acceptione dispositio nō est habitus: et nō cōti
net habitum sub se: sed est productiua habitus.

¶ Boetio non placet hic mod⁹ declarādi,
imo dicit quod dispositio in ambabus illis differentijs Boetius.
quibus habitus differt a dispositione tenet vniuoce. Et
saluat textus veritatē imaginando q̄ habitus est aggre
gatum ex multis dispositionib⁹/ q̄ si sint coadunatę sunt
difficulter separabiles a subiecto/ & sic illę collectę sunt
habitus/ & sic habitus est aggregatum ex multis dispo-
sitionibus: nulla tñ dispositio dicit q̄ est habitus/ quia
quęlibet talis per se est facilter separabilis a subiecto.

¶ Albert⁹ magn⁹ videt tenere in suis præ Albertus
dicamentis habitum tactum nō distingui essentialiter/ magnus.
sed tñ accidentaliter/ p facilius vel difficilius dimoue-
ri a subiecto. Sed primo hoc non est cōforme ad Arist.
doctrinā: ex qua habet actus ꝓducere habitū/ & cum nil
seipsum potest producere/ sequitur actum & habitū dif-
ferre essentialiter. Item alias semper quandiu esset ho
mo habituatus: est in actu quod esse falsum/ nam scire
habitualiter est scire in potētia/ vt opponit scire in actu.

¶ Ideo relictis his duob⁹ modis intelligē
dus est tertius & illę duę differentię inter dispositionem &
habitum/ conformiter ad equiuocationem p̄tactam de
illo vocabulo dispositio.

¶ Inhac p̄ma specie ponūtur oēs habitus
quos corporales appellant/ scilicet sanitas non vt dicit
salubritatem/ & grisudo nō vt dicit insalubritatē. Et etiā
habitus qui ponuntur in partibus corporis. s. lingua: ma
nibus/ & pedibus/ sicut in cātoribus cytaredis/ chorea
tibus et saltantibus/ & histrionibus/ & his qui sunt pu
giles/ nam pugil est qui habet artem gladiandi exercī-
tio et industria acquisitam.

¶ Dispositio corporalis dicit quicūq̄ ac
tus/ per quē et alios eiusdem rationis similes habitus
corporales enumeratis acquiri possunt.

¶ Etiā ponūtur omnes habitus quos ap-
pellant speculatiuos pertinentes ad oīes potentias co
gnoscitiuas/ & appetitiuas/ & habitus pertinentes ad om
nes artes mechanicas/ & liberales et etiam omnes vir-
tutes morales/ & theologicę/ et etiam omnia vitia his
opposita/ & venięq̄ habitus omnis inclinans ad similes
actus/ vel dissimiles a quibus genitus est ad quācunq̄
facultatem vel scientiam attineat.

¶ Dispositio vero oīs ex qua & alijs eius-
dem specie potest causari habitus similis ijs qui tacti
sunt pertinēt ad hanc primam speciem.

¶ Secūda species est naturalis potentia vel
impotētia/ hic per naturalē potentiā vel impotētiam in
telligimus qualitatē per quam aliquis potest bene vel
male se habere/ accipiendo bene vel male physicaliter
pro principio operatiuo aliquid facile faciendi vel resi-
stendi vel non facile resistendi/ vt cursor et pugillator
quatenus important aptitudinem et dispositionem na-
turalem membrorum ad currendum vel pugnandum.
Pugillator differt a pugile/ quia pugil dicit habitum
acquisitum exercitamento artis palęstricę/ pugillator
dicit hominem naturaliter aptum ad pugnā/ anteq̄ ac-
quisuerit artem per exercitamentum. Etiam salubre
differt a sano/ nam sanum importat qualitatem pertinen
tem ad primam speciem quę est habitus corporalis/ sa-
lubre dicit naturalem corporis dispositionem/ quia cor-
pus potest faciliter resistere causis potentibus causare
ęgritudinem/ in salubre dicit naturalem quādam corpo-
ris indispositionē/ qua faciliter potest incurrere ęgritu-
dinem a leuibus causis inducentibus eam. Etiam ursi
dicitur habere potentiam ad bene resistendum volenti

secare: molle dicitur habere naturalem impotentiam ad faciliter secare ꝛ non resistere.

¶Aliqui per naturalē potētiam intelligūt potentiam activam: per naturalem impotentiam potētiam passivam. Ad hanc secundam speciem pertinent omnes termini importantes virtutes activas spirituales/ sicut creativum adnihilativum: vt dicunt naturalē potentiam in deo. Etiam masculinitas/femininitas/ ꝛc. Etiam vires nutritiue: sicut digestiua retentiua/expulsiua/attractiua. Etiam vires vegetatiue: generatiua/augmentatiua/nutritiua. Etiam vires intellectus ꝛ voluntatis: quatenus illę sunt activę: nō quatenus sunt in actu vel habitu. Nec quatenus sunt in potentia: vt referatur ad actum: sed quatenus sunt productiue actuum sibi naturalium. Etiam inclinationes naturales quibus aliqs a natura est venator/orator/logicus/vel iatro: pertinent ad hanc speciem. Pro quo nota ꝙ in iudicijs de natiuitatibus peritus astrologus non potest secundum principia astrologię ꝛ philosophię prędicere de actibus ꝛ habitibus: qui reperientur in hoc puero: sed tantum modo vt illi termini dicunt naturalem inclinationem: ꝛ dicunt naturalem potentiam vel impotentiam. Et hic erit venator vel orator: vel cātor: isti termini debēt dicere naturales dispositiones: ꝛ inclinationes ad illas operationes: quę si inuentur arte multum in illis proficient.

Etiam ad hanc speciem pertinent termini importantes virtutes activas corporales: sicut virtutes celorum ꝛ elementorū ꝛ mixtorū. Tandē ois termin⁹ importans complexionem insequentem formam: quę ex comixtione q̄litatum primarum resultat. Et etiam termini importantes complexionem insequentem materiam: quę etiā secundum rei complexio dicitur: quia actione astrorum perficitur: nec potest permutari sine corruptione indiuidui. Et de hac loquitur Porphyrius quando dicit: individuum est cuius collectio proprietatum quę reperitur in vno: non potest in alio reperiri.

¶Tertia vero species qualitatis est passibilis qualitas ꝛc.

¶Pro huiꝰ tertię speciei intelligētia, est aduertendum: ꝙ passibilis qualitas ea est: quę apprehēsa ab aliquo sensu: causat aliquam delectationem vel tristitiam in tali sensu/ vt caliditas/ frigiditas/ dulcedo/ amaritudo: nec dicuntur sensibiles: quia subiectum earum patiatur quicquam ab eis: quia ignis non patitur a suo calore: nec mel a sua dulcedine. Hoc vocabulum passio pro intelligenda hac tertia proprietate debet intelligi equiuocum. Nam aliquando accipitur pro affectu potentię appetitiue: scilicet pro delectatione: vel tristitia: spe: ꝛ timore/ ꝛ ad hoc ꝙ hę passiones causentur requiruntur operationes prędictę cognoscitiue: ꝛ appetitiue in potentia. Et in hac significatione accipitur ab Aristote. quando dicit passibiles qualitates secundum sensum esse effectiuas passionum. Alio modo accipitur passio pro vt dicit aliquid de genere passionis secundum ꝙ aliquis patitur aliquid: sed statim euanescit. Vt color qui acquiritur ex verecundia dicitur erubescentia/ quia per illū colorem potius ille est aliquid passus: q̄ quod denominetur qualis: etiam color ex timore qui debet potius dici pallescentia est potius passio de genere passionis: quā qualitas secundum quā aliquid sit quale: et in hac acceptione accipitur ab Aristo. quando dicit in duobus locis: quę cum ꝙ ab ijs quę cito transeunt et soluuntur fiunt: passiones dicuntur.

¶Hoc p̄misso passibilis q̄litas altero duorum modorum dicitur: vt tangit Aristo. Primo modo ea quę declarata est. Secundo modo est illa quę causatur a passione: ꝙ si illa quę ab aliqua passione vel magna transmutatione causatur: sicut a longa infirmitate: vel a forti timore sit permanens: taliter quod possit aliquid denominare quale: tunc dicitur passibilis qualitas: sicut albedo vel nigredo permanentes: causatę vel ęstu: vel longa infirmitate.

¶Nō solū in corpore assignat Arist. passibiles qualitates et passiones: sed etiam in anima. Nam si ex passione naturali quę tenaciter adheret aliquis habeat iram vel extasim vel mentis alienationem: passibiles qualitates dicuntur: quia per eas dicimur quales sicut iracundi demētes ꝛc. Etiam mentium alienationes vel excessus mentis: qui difficulter separantur et p magnum tempus manent: etiam qualitates passibiles dicuntur. Si autem ex tristicia quę statim euanescit: ꝙs habeat iram: licet dicatur aliquid passus: quia effectus est paulo subiracundior solito: non tamen dicitur iracundus: ideo illa est passio in secunda acceptione: non passibilis qualitas

¶Ad hanc speciē pertinēt omnes passiones potentię appetitiuę: ꝛ etiam cognoscitiuę: ꝛ omnes qualitates ꝓceptibiles a quinq; sensibus exterioribus. Posset hic difficultari an sicut passiões sequitur actus voluntatis ab eis distinctos: sic in intellectu actus intellectus sequitur passiones ab eis distinctę. Licet aliqui dicant passiones voluntatis non distingui ab actibus voluntatis: et alij teneant: firmitatem ꝛ formidinem non esse passiones consequentes actus intellectus: teneo tamen vtrunq; ꝙ passiones tam actuum voluntatis: q̄ actuum intellectus distinguuntur ab actibus quos consequuntur. Et dimissis aliis rationibus quę possent adduci: pono vnam pro passionibus actuum voluntatis: alteram pro passionibus actuum intellectus.

¶Prima ratio est hæc, stat bene ꝙ existēte eadem dilectione matris circa filium: aliquādo delectet circa filium: ꝛ existente eadem dilectione tristetur circa eundem filium: igitur passiones illę distinguūtur ab actibus voluntatis: consequentia bona est: paret antecedens. Si matri tenerrime diligenti filium adesset tyrannus volens interimere filium iam continuata dilectione circa filium: valde tristatur circa eundem intense amatum: igitur.

¶Secunda ratio ꝓ passione actus intellectꝰ talis est volo quod alicui habenti euidētiam huiꝰ: ignis calefacit: superueniat vel per reuelationem vel per concilium: vel per ecclesię auctoritatē: debere credere hunc ignem calefacere: iam ille non perdit assensum: tamē firmius assentit: quia apponit plam affectionem: ratione cuius tenacius adhęret q̄ antea: ꝛ hoc est quod secundum cōmunes theologos habetur ꝙ assentus fidei: non est euidentior assensu scientię: attamen est certior: propter has rationes teneo assumptū. Aliter sentit Occam in primo. q. xj. de passionibus dicendo quod sunt actus.

¶Notādum est, q̄ in aliquo assensu pōt ꝓmo considerari certitudo vel incertitudo quę pręuenit ab obiecto et re quę per assensum accipitur. Secundo potest probari euidentia vel ineuidentia ex parte mediū probatiui. Tertio potest considerari firmitas vel formido ex parte intellectus: sed de his prolixius in libris posteriorum.

¶Quartū vero genꝰ q̄litatis est figura &c Per formam hic intelligimus dispositionem circa quātitatem discretam. Et per figuram dispositionem circa quantitatem continuam. In numeris enim reperiuntur formę triangulares/ quadrāgulares ꝛc. et etiam solidę siue corporales: quemadmodum in quantitatibus cōtinuis. Et sic reperitur numerus linealis/ superficialis/

Eucli. Jorda. Boetius.

ꝛ corporalis siue solidus. De his apud Euclidem Jordanum ꝛ Boetium. Circa quantitatē continuam potest esse figura plana solida termino vel terminis terminata: exempla sunt clara.

¶Potest quęri an figura distinguatur a re figurata: ꝛ quatenus quęstio sit metaphysica: respondetur secundum nominales ꝙ non: quia nō dicit vltra rē figuratam nisi talem dispositionem termini vel terminorum. Sed aliqui reales tenent figuram esse accidens absolutum vt Thomistę: alij vero vt Scotistę dicunt esse respectum: ꝙ si dicat habitudinem partium quanti ad totum quantum: sic est intrinsecus aduenies. Si autem dicat habitudinem partium corporis ad partes loci: sic est extrinsecus aduenies: vt dicebatur in prędicamento quantitatis.

¶Dubiū quod mouet Arist. est de raro & densorlene ꝛ asperuz: an importent qualitates: ꝛ an pertineant ad hoc prędicamentū. Videtur respondere ꝙ potius pertinent ad prędicamentum positionis: quia raritas dicit partium distantiam: densitas vero partium propinquitatem: ꝛ leuę partes quę iacent sine supereminentia: asperum dicit partes quarum aliquę aliꝰ supereminent.

¶Addit Aristo. ꝙ forte alius modus erit qualitatis ab speciebus assignatis: sed dicę dicit sunt ꝓpię ꝛ maxime qualitates: occasione huius dicti Aristo. solet quęri virum sint ponendę plures alię species qualitatis prę̄ter assignatas ab Arist.

Paulus venetus.

¶Paulus venetus in sua metaphysi. citat duas opiniones de raritate ꝛ densitate: quarum prima dicit esse qualitates pertinentes ad secundam speciem qualitatis: sicut durum ꝛ molle. Altera est ꝙ pertinent ad prędicamentum positionis: ꝛ ille declinat ad primam: ꝛ ꝙ Arist. solum declinauit ad secundam recitatiue: vel saltim quia tunc illa opinio vigebat. An rarum ꝛ densum dicantur priuatiue an positiue: ꝛ quomodo cognoscetur aliquid esse densius altero vel rarius: partim materia calculatoria est: videnda in philosophia vel apud calculatorem.

¶Nominales quidam dicunt pro his terminis intensum remissum: vniforme difforme: regulare irregulare. esse ponendam aliam speciem qualitatis. Et pro his terminis/ diuinum/ angelicum/ humanum/ reale/ essentiale/ altam esse ponendam speciem qualitatis: quia ad nullam assignatarū videntur pertinere.

¶Posset ad hos dici, quod istæ non sunt per se qualitates: nec isti termini pertinēt ad prędicamentum qualitatis: ꝛ ꝙ Arist. solū egit mentionē de terminis per se pertinētibus ad prędicamentū qualitatis.

¶Aliqui tamē dicūt hęc vocabula, intensum: remissum primere ad prędicamētum quātitatis: vt quātitas dicat cōtinuationē ptēsionis vel intēsiōis vel ꝙ dicat successionē in ꝓductione: vel ponatur in prędicamento passionis: sicut alteratio. ¶De alijs. s. vniforme/ difforme/ regulare/ irregulare dicūt ꝙ pertinēt ad quartā speciem qualitatis: sicut asperum lene: vel ꝙ ponantur in prędicamento ad aliquid: sicut simile dissimile.

¶De alijs. s. angelicum: diuinum: humanum: essentiale substātiale: reale ꝛc. ꝙ vel sunt synonima cum abstractis quantū ad formale: ꝛ hoc sufficit ad poni in eisdem prędicamentis cum illis. Si autem illi termini connotent actiones. s. diuinam: angelicam ꝛc. ponentur in prędicamento actionis. Horum refert: dic vt melius videbitur de his iam tactis.

¶De differentijs essentialibus aliqui dicunt ꝙ possunt poni in prędicamento qualitatis: vbi ponebatur masculinitas femininitas: ꝛ sic quale diuidetur in quale essentiale vel accidentale. Vel dicas qō reductiue vel per accidens: cum ponantur ad latus in coordinatione prędicamenti substantię: qō pertinent ad illud prędicamentum, Vniforme ꝛ difforme: regulare ꝛ irregulare: quomodo differant in motu locali: qr vniforme ꝛ difforme respiciūt partes mobilis: regulare vero ꝛ irregulare partes temporis: satis est tetigisse: quia hęc exigunt phȳsicam ꝛ naturalē considerationem.

¶Qualia vero sunt, quæ secundum has denominatiue dicuntur ꝛc. Pro intelligētia huius tertus est notandum quod triplicia qualia considerātur ab Arist. Prima sunt quę a suis abstractis dicuntur re et noie: vt albū ab albedine: iustū a iustitia. Alia sunt qualia: quorum abstracta non habent nomina imposita: vt pugilator ꝛ cursor: quatenus pertinent ad scām speciem qualitatis: nō em̄ sunt posita nomina potētijs: secundus quas dicuntur pugilatores, Quędam modū pugiles. dicūtur ab arte palestrica ꝛ pugilatoria. Alia sunt ꝗlia: quorum abstractis bene sunt nomina posita: sed non dicuntur ab eis denominatiue quātum ad vocē: sed tantū quātum ad rē: vt studiosus abstractum eius importatur per hoc vocabulū virtus: nō tamē sumit appellationē ab illo termino virtus. In prima parte diffinitionis qualius intelliguntur qualia primo modo: in secunda vero parte: qualia secundorum duorū modorum.

¶Prima cōmunitas, Inest autem & cōtrietas secundū qualitatem ꝛc. Quę autē sint contraria proprie dicta visum fuit in prędicamento substantię: vbi dictum est in solis qualitatibus reperiri contrietatem proprie dictam: hęc tamen cōmunitas non cōuenit omnibus qualitatibus: nam rubro ꝛ pallido nil est contrariū nec solis: nam actioni ꝛ passioni inest contrietas. Hęc cōmunitas potest intelligi primę intentionaliter et secunde: nomina sunt hęc.

¶Regula quā hic ponit Aristo. hęc est, si vnū contrariorū est qualitas: reliquū est qualitas: sic patet ex diffinitione cōtrariorū. x. metaphȳs. cōtraria sunt q̄ sub eodē genere posita vicissim insunt eidem susceptibilia: ꝛ mutuo se expellunt. Ex qua claret regula.

¶Secunda cōmunitas suscipiunt aūt qualia magis ꝛc. Et patet ex processu huius litterę Arist. apparet quod concreta suscipiant magis ꝛ minus. et non abstracta. Nam dicit quod nō omnia suscipiunt magis ꝛ minus: nam aliquis posset ambigere quod vna iustitia non est magis iustitia altera: licet vnus homo bene sit altero iustior. Sed videtur dicendum: quod si ly magis ꝛ minus accipiantur prime intentionaliter. s. qō dicant intensionem ꝛ remissionem. ꝛ teneamus cōmunem opinionem de intensione: scilicet quod fit per additionem gradus ad gradum: iustitia bene suscipit magis et minus: ꝛ ad Arist. dicemus: secundum hunc modum dicendi quod acceperat ly magis ꝛ minus secunde intentionaliter: ꝛ qō concreta prędicantur cum ꝗs: quia concedimus hominem magis iustum vel minus: non tamē conceditur iustitia magis iustitia/ nec albedo magis albedo altera. Et si huius inquiras rationem/ respondeo hoc esse/ quia concreta prędicātur denominatiue de substantia/ abstracta vero non. Cui hoc non placet: inueniget aliud quod verius sit ꝛ magis quadret litterę Arist. quia non occurrit nunc aliud.

¶Alii sūt beatus Tho. & Hērricus occasione huius textus Arist. dicunt subiectū intendi/ ꝛ non qualitatem/ quia videt satis aperte illud sentire Aristo.

sed quicquid sit vtraq; pars videtur probabiliter posse defendi. ¶Sed huius cōmunitatis occasione inquiratur qualiter intensio fiat: & licet quæstio sit meraphysica & physica: ne tamen per hęc sicco pede tranеamus: breuiter recitabo aliquas opiniones relinquens alias pro philosophia.

¶Prima est Scoti & nominaliū, q; intēsio fit per additionem gradus ad gradum: se vninet & pene tratine habentium in eodem subiecto adęquato.

¶Altera est burlei imaginantis fieri per corruptionē formę accidentalis precedentis: alia de nouo aduenientę: & sic concedit aliquod agens in tempore finito infinitas qualitates equales vni certę rate vel maiores producere/& non esse infinitę actiuitatis. Sustentari solet hęc opinio: et per hāc solet declarari q; in augmentatione et rarefactione acquiritur noua quantitas quę est opinio Sodofredi de fontibus/ et etiam conducit ad intelligenda aliqua extranea in logica et philosophia.

¶Opinio est Tho. & Henrrici q; intensio fit per maiorem radicationez in subiecto. Sic q; quādo agens incipit agere totam essentiam qualitatis quā in aliquo subiecto debet producere simul producit: et postea dicitur secundum Tho. q; intendit subiectum per hoc q; acquirit illa essentia qualitatis perfectius esse existentię/quid hoc sit in philosophia declarabitur. Sed contra hunc modū Tho. arguit sic secundū eum in quolibet. Quolibet. vii. arti. x. expresse habetur q; qualitas corporalis indiuiduatur per subiectum/ex quo concedit quod extra subiectum non potest dici hęc nec indiuiduari/sed dicit si deus separet illam a subiecto esset tantum intelligibilis admodum ideā Platonis. Hoc supposito sic arguo/hęc qualitas acquirit perfectius esse/ergo non manet eadem/quia si variatur existere non manebit illa cadęz numero: cum si aliud est existere aliud erit indiuiduum/& sic alia essentia albedinis/alias naturaliter posset aliqua albedo manere sine suo existere quod est impossibile. Hoc argumentum in materia vtrum essentia distinguatur ab esse fuit solutū/tamen in quo differant Henricus & Tho. in philosophia videbitur/cōueniunt enim in conclusione.

¶Solet fieri argumentū difficile de qualitate quę vniformiter difformiter denominat aliquod subiectum album: nam vel illa denominationē dat per vnū esse existentię/et hoc non/quia tam diuersas denominationes non potest dare vnū esse existētię. Si dicas q; diuersa/ergo cum denominationes sint infinitę/erūt esse existentię infinita/non facientia vnū vt liquet quod est contra Aristo. Ad hoc potest dici q; esse existentię accidentale est extensum/et non inconuenientes/secundus diuersas sui partes posse tribuere diuersas denominationes facientes vnam vniformiter difformiter. Si replices de qualitate spirituali quę indiuisibilis est dicit q; licet possit intēdi difformiter quantus ad tempus/nō tamē quantū ad partes eius: cuius oppositū contingit in qualitate corporali habēti partes extensas. Hec hęc cōmunitas conuenit omnibus dicibilibus: nā non conuenit eis quę pertinent ad quartam speciem.

¶Tertia cōmunitas. Similia vero & dissimilia &c. Secundū reales q; qualitas est fundamentum propinquū similitudinis/si similitudo accipiatur predicamentaliter et non transcendaliter.

¶Secūdū nominales potest intelligi prime intentionaliter/et tunc est sensus q; qualitas est ratio ꝓpter quā: aliquid alteri dicatur simile vel dissimile secunde intentionaliter vult habere: q; si isti termini similе et dissimile dicūtur de aliquo: ideo est quia de illo prędicatur aliquod dicibile de prędicamento qualitatis/sic q; nisi aliquod dicibile prędicamenti qualitatis de illo prędicaretur/non predicarentur hęc dicibilia simile vel dissimile de illo.

¶Dubiū quod hic adffert Aristo. est nā aliquis posset dubitare: habitus et dispositio dictū fuit prinere ad adaliquid: quomodo igitur sub illis ponunt qualitates q; nō dicunt ad aliqd. Respōdet Aristo. q; nō inconuenit genus dici ad aliqd: species vero non exprimi scientia dicitur ad aliqd: grammatica vero non. & concludit dicens non inconuentre aliqd esse ad aliqd & quale. Sed hoc dictū. Arist. debet sic intelligi: quod ꝓ tanto scientia videtur respicere vel eum q; docet/vel eū q; docetur: sic est relatiuū secundū modū primę diffinitionis Platonis: & tunc est relatiuū secundum dici: & pertinere ad prędicamentum qualitatis: vel dicatur q; quando Arist. dicit genus esse ad aliqd: speciem vero non: q; accipit genus equiuoce: & q; secundum vnam significationem sit genus ad speciem: & secundum alteram sit aliquid. Alias impossibile est genus esse ad aliquid: & speciem sub illo genere contentam non esse ad aliquid: vel nō erat illius speciei genus: quia vna connotatio nō continebatur sub altera: et sic gens non poterat prędicari quidditative de sua specie: ideo videtur sic esse intelligendus Aristote. Et illud vltimum quod habet expressetsicilicet nō esse inconuenientes idem esse ad aliquid & quale: etiam debet intelligi secundum rationes diuersas: alias prędicamenta non essent impermixta.

¶Quæritur, vtrum diffinitio qualitatis sit bene assignata: & videtur quod non. Nam albedo in sacramēto est qualitas: & ꝓ illā nihil est quale igit. Forte dicetur: satis est aliquid esse aptum esse quale ꝓ illā. Cōtra dispono qualitatē in subiecto infinite extenso sic: primū pedale sit aliqualiter intensum: & secundū in subduplo: tertium in subquadruplo & sic in infinitum: iā per illam nil est aptum denominari quale/quia illa est nullius intensionis secundum calculatorem/& vt est ꝓ per speculum ex materia de difformibus/igitur. Ad hoc communiter respondetur illā nullius esse intensionis. Quidam tamē doctor parisiensis dicit aliquius esse intensionis: nobis tamē nō posse innotescere per regulas calculatorias: sed hoc non tollit difficultatez: nam disponetur sic albedo intensa vt vnum: q; in prima parte proportionali horę diuidatur secundum intensionem in duas medietates: ita vt sit intensus/vt vna quarta/& sic procedēdo per partes proportionales: in fine horę manebit/& nullius intensionis erit vt patet scienti deducere: q; si quis dicat non manere/falsum est/quia licet esse intensibile & remissibile sit passio qualitatis: non tamē esse intensum vel remissum & ideo bene poterit reperiri albedo sine aliqua intēsione. Ad hoc respōdeur q; quicquid sit de hoc casu: et primo Aristo. intellexit illam diffinitionem naturaliter: vel dicatur quod satis est posse taliter disponi/quod per illā aliquid possit denominari.

¶Secundum dubiū si esset corpus & per totum esset extensa caliditas vt duo/& frigiditas vt quatuor: illę qualitates vtrū denominabunt. Etiā elementa determinant sibi duas qualitates in sua naturali dispositione: vnam in summo: et alteram prope summū: q; illarum denominabit/an ex ambabus sumet denominationē. Hoc dubium: quia est quæstio calculatoria: in philosophia plene absoluet ꝓ nunc tamen dicitur quod elementū determinans duas qualitates ineque intensas: sumit denominationē ab intensiori qualitate. Et si sit mixtus ex qualitatibus cōtrarijs siue coexistis siue nō: dicit q; debet attendi intensio penes excessū denominatiōis vnius supra alteram: quod si denominationes sint equales/nullius dicetur intensionis.

¶Tertiū dubiū est, quot sunt diuersitates qualitatum. et licet ad hoc dubiū possit ex dictis responderi: tū quia qualitatū cognitio particularioz ad multa deseruit: ideo breuiter percurremus plurimas earum in particulari ptinentes ad primaz et scōam species. Qualitatum alia sensibilis/alia insensibilis/qualitas sensibilis est q; per se ab aliquo quinq; sensuū exteriorū sentiri potest/notanter dicit exteriorū: nam licet extimativa vel cogitativa bruti ex sensatis veniat in cognitionem amicitię vel odij odiū vel amicitia nō dicunt qualitates sensibiles. Qualitatū insensibilium alię sunt diuisibiles sicut figura si ponantur distincte a luce et lumine: et nostrię sensitiuę brutorum & nostrę si subiectātur in aggregato ex organo & potētia: proprietates occulte quę reperiuntur in herbis/arboribus/plantis/lapidibus: et denię in omnibus mixtis/vt talia mixta sunt/ et ipēs sensibiles in medio organo et potentia. Alię sunt indiuisibiles/vt qualitates infuse in anima: et actus et habitus tam compleri ꝓ in complexi/ vel species intelligibiles. Qualitatum sensibilū quędā generātur sine contrarietate: vt sonus qui probabilius est q; sit qualitas q; aer refractus/cū habeatur intuitiua notitia soni. Alię generātur cū actione cōtrarietatis positiua vel priuatiua/et harum aliquę sunt primę. s. calliditas/frigiditas/humiditas/et siccitas: ex quarum cōmixtione/ alię quas appellant secundas: causant. s. colores/odores/et sapores/quę sunt productiuę sibi similium dicuntur actiuę/alię vero non. Et sic illę quatuor dicuntur primę & actiuę/ alię vero secundę et non actiuę saltim actione reali/licet bene intentionali producendo species. Licet secūdū Occam aliter est dicendum/cum concedat albedinem producere albedinem/sed quia non subesse intenso/ideo forte non dicetur actiua/vel saltia est quomodo poteris/et quę sunt extense aliquando ꝓducuntur vniformiter/aliquādo vniformiter difformiter/ aliquādo difformiter difformiter/ aliquando vniformiter difformiter difformiter. ¶Reliqua vt superius tangebamus/q; hęc vniformitas vel difformitas considerandā est et attendēda penes subiectū et regularitas vel irregularitas penes tempus. ¶Pro complemento huius prędicamenti est notādum/q; omnes termini importantes figuras naturales vel artificiales modo extensi/ginent ad scōam speciē qualitatis.

¶Sequitur textus.

¶De actione & passione. Cap. ix.

Cōmu. 1. RECIPIT AVtē agere et pacti et cōtrarietatē, & magis & minus, calefacere eñ ei quod est frigefacere cōtrariū est, & calefieri ei qđ est frigefieri, & delectari ei quod est contristari, quare suscipiunt con

trarietatem. Et magis & minus, est enim calefacere & magis & minus, & calefieri magis & min9, & tristari magis & minus Cōmu. 2. suscipiunt igitur magis & minus agere & pati. Et de his igitur hæc dicta sunt. ¶Dictum est autē & de eo quod est situm esse in his quæ sunt ad aliquid, quod denominatiue a positionibus dicitur. De reliquis vero, ideſt quando & vbi, & habere, propterea q; manifesta sunt, nihil de his aliud dicitur, q; quæ in principio dicta sunt, q; habere quidem significat calceatum esse armatum esse, Vbi vero, vt in lycio in foro, & alia quęcunq; de his dicta sunt. Igitur de omnibus generibus quę proposuimus sufficiunt dicta.

¶Posset quispiā difficultare cū Arist. de substantia quātitate. ad aliquid/& qualitate/ longū protraxit sermonem/& aliqualem de actione & passione/ adiecta administicularia de mom determinatione cur sic cōtraxit sermonem circa vbi/quando/habere/& situ. ¶Potest responderi ex eo esse/quia illorum sex prędicamentorum vocabula sunt per totam philosophiam sparsa et frequentiora/ad quā perneccssaria est de motu cognitio/istorum vero quatuor prędicamentorum vocabilia/ affectionibs humanis ꝓ actionibus & opificis accomodatiora sunt/q; physicę contemplationi. Ideo ab istis longiori tractatione sic temperauit.

¶Notādū est, q; licet beatus Tho. vt dixi mus in prędicamento ad aliquid ponat in creaturis relationes intrinsecus aduenientes realiter distinctas ab absolutis/non tamen ponit relationes extrinsecus aduenientes sic distinctas a rebus absolutis realiter/ sed tantum ratione distinctas: & fundatur in auctoritate Arist. iij. physico. Actio et passio sunt vnus motus/ et in passo sunt sicut in subiecto/vt calliditas secundum q; ab igne producitur dicitur actio: quatenus in aqua recipitur dicitur passio. Et sic non differunt inter se aliter ꝓ ratione: et in hac consideratione aperte tenet cum nominalibus.

¶Secundum Scotum in his sex vltimis prędicamentis ponuntur relationes extrinsecus aduenientes: de quibus plura vidimus in prędicamento ad aliquid in generali et speciali. Nunc specialius per singula prędicamenta horum scz procedemus/ tangendo eorum relationes.

